mus ⁊ optime filias suas in monasterio gubernare. Placet deo placet ciuitati ⁊
nobis perseuerate. Omnis breuis est vita. Et q̃uis est labor eẽ inclusum nõ sunt
tñ passiones huius seculi que cõparari possent ad futurã gloriã que reuelabit̃ in
nobis. Gregorius lollius frater tuus ⁊ noster nobiscũ est: ⁊ bene h; noli ei⁹ causa
te afflictare. Bene vale. Ex roma die. xxij. februarij. M. cccclvij.

Expedire scribit oratorẽ apud sanctis-
simũ haberi ⁊ incarceratũ emãcipare.

## Epistola. ccxxxix.

Aeas cardinalis senen̄. Magistratui balie. S. p. d. Retinuim⁹ tabellariũ
v̄rm in hanc vsq; diẽ vt (si possemus) rei v̄re melius ꝯsulerem⁹. ⁊ circa ne-
gocia tritici ⁊ circa montẽ acutũ. sed nõ potuimus aliud obtinere q̃ pridẽ
îmo nescimus vnde procedat sanctissimus dñs noster q̈ prius ait velle pecunias
ex pascuis ꝓueniẽtes cõuerti in solutionẽ castri custodie. nunc mutatus est neq;
audire vult verbũ. Itaq; (sicut in alijs l̄ris vobis scripsimus) vtile videt̃ nobis
mitti huc aliquẽ oratorẽ laycũ q̈ audacter loqui possit. Naz sua sanctitas statim
nos tacere iubet cũ de hac re loquimur. Et dignũ est nobis obedire. Oratori v̄ro
alit̃ enciet cui nos etiã assistem⁹. Et ꝑfecto quãto pl⁹ hec materia mõtis acuti dif-
fert̃ tanto peius est. Speramus si mittetis oratorẽ fortasse dominus de vrsinis cõ-
tentabit̃ de pascuis si tamen proueniat̃ solutio eoꝝ. Alioquin de bursa pape nihil
extrahet̃. in mora periculũ est multis respectibus. Uidebitis que scribit dñs no-
ster in breui suo ⁊ de pascuis mutatum est vt prefert̃. De tritico non est mirum si
haberi nequit. Nam nec per vsum subditi ecclesie triticum (vt petebãt) habere
potuerunt. Et franciscus venerio ob rem frumẽtariã male administratam in car-
cerem coniectus est. itaq; desperata est huiusmodi materia. Scripsim⁹ nuper de
domino Gregorio. Facietis nobis rem gratissimã si eum absoluatis ab imposit̃
sibi calũnijs. neq; dignum est vt ad relationem nepharij hominis ⁊ in tortura lo-
quentis ac de auditu asserentis. nõ de visu vir bone fame doctor insignis ⁊ ciuis
nõ ex vltimis dehonestet̃. Cũ si ceteri deessent illo suffragari deberet q̈ noster fra-
ter est ⁊ viuit nobiscum qui vere reipublice: nõ vulgariter seruiuimus ⁊ in futu-
rum (si vita comes fuerit) possim⁹ aliquando prodesse: quod fecim⁹ ⁊ facimus
omni tempore animo volenti. Mittimus vobis quitantiam pape per suum bre-
ue nobis directum ⁊ comitis Iacobi per publicum instrumentũ. Superest vt de
futuris solutionibus in tempore prouideatis. Datum Rome die. xxij. februarij.
Anno domini. M. cccclvij.

Notificat suã promotionẽ ꝛ offert se ad beneplacita obsequiosum.

## Epistola.ccxl.

Neas cardinalis senensis Theoderico archiepiscopo coloniẽsi. S.p.d. Scio semp me charũ ac acceptũ fuisse dignatiõi tue postq̃ germaniã incolui a quo tẽpore iam.iiij.ꝛ.xx.anni decurrerũt. Plurima em̃ beneficia plurimosq; fauores impendisti mihi sed nõ valui rependere vicez. Quid em̃ ego vermiculus cõtra tãtũ principẽ prestare poterã. Non fui tamen ingratus (siquidez gratia etiã solo animo impendit̃) colui ego dignationẽ tuã amaui obseruaui supra ceteros nostri seculi principes ꝛ cũ aliud nihil possem nomẽ tuũ quocũq; diuertebam.etsi nõ paribus virtuti tue.at saltẽ quibus poterã laudibus extollebã. Nihil est quod vltra tũc principi de me optime merito exhibere quirẽ. Nũc fortasse ꝛsi minimũ est quod valeo aliquid tamẽ plus dignationi tue cõferre q̃ pri9 licebit quãdo cardinalatus honorẽ nõ meis vllis meritis sed diuina charitate et summi presulis beneficẽtia sum obsecutus. Atq; hoc est qd̃ his lr̃is tue dignationi notificare libuit.nã ego qui tuus clericus p̃sbyter ꝛ ep̃us fui.tuus quoq; cardinalis esse nõ desinam. Vtat̃ me igit̃ dignatio tua neq; mihi vllo in t̃pe vllo in labore ignoscat.nã tũc me viuere iuuabit cũ pro te.tuis consanguineis amicis beniuolis exercebor. Datũ rome.xxiiij.februarij.M.cccclvij.

Consiliat̃ amico quomodo cõsequat̃ notabile cõmendatũ monasterij.

## Epistola.ccxlj.

Neas cardinalis senẽsis Roderico cardinali sancti Nicolai. S.p.d. Trine iam mihi reddite sunt lr̃e tue suo more suauissime ꝛ ab amantissimo pectore prodeuntes.prioribus respõdi nõ vt debui sed vt potui. Quis enim tam euiscerate charitati satisfacere possit. Scio q̃d debeo.facio quod valeo. Ad vltima scripta ꝓpero nõ repeto quod de beniuolẽtia vltro citroq; dici posset.me9 animus tuus est.dabũt aliquãdo testimonia nõ verba sed opera. Sũmo pontifici nõ desino.de charissimo sibi nepote cũ se offert occasio loqui.nec pretereo intactã cancellariã.nihil adhuc solidi est manet arbitro alta mente repositũ cõciliuz Nõ oĩa prodit senex que facturus est.cũ negat tũc maxime cupit. Nõ cessabo cũ licebit iterũ atq; iterũ perloqui.fama hic est vacasse ep̃atum tulensem. Episcop9 eius loci monasteriũ cõmendatũ habuit.cuius anim9 valor mille ꝛ q̃ngentorum aureoꝝ esse fert̃ sub ditione ducis burgundie. Dñs noster id tibi cõmendaturuz se ait.rothomageñ.eius rei ꝓmotor fuit. Ex vsu erit illi scribere ꝛ rogare eum.vt rez pagat. Qd̃ si feceris noli me quoquo mõ noĩare atq; hec secreta sint. Ita em̃ expedit. Intellexi que scribis de p̃sidatu fabriani. Rogo velis hortari ciues eius oppidi vt exnũc eligãt bartholomeũ massanũ illũ doctorẽ ꝛ affinem meũ neptis mee virũ pro sex mensibus sequentib9 amicũ magistri symonis. Electio em̃ solet fieri post introitũ potestatis noui inter duos menses. Itaq; vtile fuerit ꝑuenire Scio illos cõplacituros dignationi tue. Sũmus põtifex bene valet. Datarius (vt fama est) thesaurari9 creabit̃ ꝛ bartholome9 regnati9 ꝓthonotari9 dignitatẽ assequet̃.cardinalis papieñ.infra biduũ aduenturus fert̃. De neapolitano nihil est certi cũ rex ille nõ oĩno cũ pietate ap̃lica ꝯsonet. Florẽtini arbitrali dñi nr̃i sententia in.xviij.milib9 aureoꝝ damnati sunt dñis de gãbatritis ob certa q̃ illis oppida abstulerunt nihil plus noui est. Cõmendamus nos tibi cui seruire presto sumus. Ex vrbe die.xxiij.februarij.M.cccclvij.

Refert grates clero suo p ꝓcuratorẽ suũ de charitatiuo subsidio ꝛ p̃cipit satagere vt detẽt9 emãcipet̃.

## Episto.ccxlij.

Neas cardinal̃ seneñ. Frãcisco picholomeo. S.p.d. Accepim9 tuas lr̃as triplicatas. Ad priores r̃ndim9 q̃b9 de locatiõe ep̃atus mirari videris. Nihil est q̃ inde cõmouearis. Nos clero nostro nũq; oneri fuim9 nec volumus eẽ. Quippe q̃ plebẽ nõ modo clerũ affectu colim9 singulari. Nõ disponemus vt putam9 de illo regimine añ aduẽtũ vr̃m. Et tũc faciem9 vt bonũ pastorẽ

decet qui nõ cõmẽdat oues lupis. Placet qđ fecisti cũ clero. Sumusq; de ducentis ducatis cõtẽtissimi sciẽtes inopiã in q̃ estis. Placet q̃z differre ad tẽpꝰ exactionẽ medie ꝑtis. Volumꝰ vt nr̃o nomie ipsi clero grãs agas ⁊ dicas nos semꝑ futuros ad ea que illis conducãt paratos. Miramur capitulũ in facto ꝓpositi nõ aliter de nobis q̃ scribat fidẽ adhibuisse. nec scimus an velimus hoc onus iudiciale accipere ⁊ strepitũ illũ audire. cupimus leonardo beneuolenti hec ipsa referas. In facto Gregorij laudamꝰ diligentiã tuã vtq; cõtinues hortamur donec bonꝰ assit exitus. Nã gregorius vt vidimus ex copia citationis ꝓsus est innocens. Ait eñi q̃ eũ criminat̃ Anno dñi. M.cccclmij. mense aprili locutũ esse gregoriũ cũ aliq̃bꝰ in sancto desiderio. Iterum eodem mense pulopost fuisse in domo omnimode bellantibus. Iterum eodem mense paulopost fuisse. vt audiuit accusator ipsum gregoriũ in domo oratoris veneti ⁊ ibi scripsisse cũ alijs cũ iacobo piccinino. Vides cũ non ponat̃ dies mẽsis rem ꝓtendi verisiliter ad. xv. ⁊. xx. diẽ aprilis an̄q̃ scriberet̃ piccinino. at gregoriꝰ quarta mẽsis die ex senis abijt ad regẽ aragonum accusator insuꝑ de audite loquit̃. Ista nõ coherent. Preterea velis hominẽ innocentẽ iuuare ⁊ potissime nr̃o intuitu imo iussu. Tibi eñi ꝑcipimꝰ vt ꝑlatus tuus ne quo pacto hãc defensionẽ ꝑtereas. Scimus viros magnificos Iohannẽ guccij ⁊ Franciscũ luctiũ ⁊ cristoferũ nantis amicos eẽ nostros nobisq; fauere. Hos aũt alios adito ⁊ cura hanc cãm ꝓ nr̃o desiderio terminari q̃nquidẽ nos semper ad ea tendimus q̃ sũt illi regimini vtilia ⁊ honorifica. Vale ex roma die. xxiij. Februarij. Anno. M.cccclvij. De nepte nr̃a dicito cũ parentibꝰ nos manꝰ lauimꝰ.

## Epistola. ccxlij.

Gratanter suscipit carmen de eius preconijs compositum.

Eneas cardinalis señ. Lodusio crebello mediolanẽsi. S. p. d. Accepimꝰ carmen tuũ. Lodusi nobis amãtissime nõ sine animi singulari voluptate q̃uis nobis plura tribui vis q̃z debita sunt. Scimus imꝑfectũ nostrum ⁊ q̃ procul ab eo simus hoie quẽ describis nõ ignoramꝰ. At si peccari erga nos aliquẽ oportet. malimus laudãdo q̃ vituꝑando metas ab illo trãsgredi. Fecisti qđ amãtes cõsueuere. Dixisti de nobis nõ que modo sciebas verũetiã que voluisses esse vera. Permittimꝰ oĩa dilectioni tue. Nesciebamꝰ ante hos dies vbi locorum esses vel que te fortuna teneret. nũc certiorati sumꝰ ⁊ tuis scriptis ⁊ ducalis oratoris verbis. esse te optimo loco apud illustrissimũ ⁊ magnanimũ ducẽ mediolani ab eo q; diligi. Id est supra modum nobis gratissimuz. Videmus eñi tue ṽtuti quã sꝑ magnifecimus suũ locũ eẽ tributũ. Dignus ẽ ille cui fuias. Nã cui hoc tpe honestius famuler̃ q̃ ei q̃ totius italie splendor esse ⁊ decus singulare oĩm iudicio existimat̃. Perge oramus ⁊ illi vt tua ꝓbitas te hortat̃ indefesse tuos ꝑbe labores. Neq; eñi sinet ille tuã virtutẽ iacere. Cũ aũt facultas aderit nos illius excellentie cõmendatos efficies. q̃ ꝓ singulari munere feremus siq̃ aliquid accidat in q̃ sibi fuire ac ꝓdesse possimꝰ. Vale ex vrbe die. xvij. februarij ãno. M.ccclv.

## Epistola. ccxliij.

Amicitiam suã notificat ⁊ se cõmendari exorat principi.

Eneas cardinalis señ. Stephano de curte. S. p. d. Expectauimus insignis eques post nr̃az ad cardinalatũ assũptionẽ duos mẽses si forte aliq̃d nobis scriberes. Videbat̃ eñi nobis a te scribẽdi initiũ sumẽdũ. ne gloriabũde nouã dignitatẽ nob̃ creditã significare videremur. nescimꝰ q̃d factũ sit. nulle ad nos tue lr̃e allate sũt. nec de te q̃dq̃ audiuimꝰ. Fatemur nos victos eẽ silentio tuo. neq; posse tãdiu tacere q̃diu ipe taces. Fortasse tibi equiꝰ videt̃ nos ante scribere debuisse. Credimꝰ tibi ⁊ ab optimo singularíq; amico nõ egre vicimur. Habeto igit̃ has lr̃as q̃bꝰ nõ ꝓmotionẽ nr̃am (quã ꝑ multoꝝ cognouisti lr̃as) s; animũ nostrũ erga te illũ esse scias q̃ sꝑ fuit. Amauimꝰ te vnice in eꝑatu. Amamꝰ ⁊ i cardinalatu nõ minꝰ. tu nosti naturã ⁊ mores nr̃os. nõ tumemꝰ nouis hono-

bus quos nobis oneri cognoscimꝰ:horrescimꝰ:cū eo loco nos euectos cernimus
quē viris clarissimis debitū intelligimꝰ. Veremurqꝫ ne gradus nr̄a virtute altior
ad ruinā nobis sit etqꝫ ideo si vnqꝫ amicis eguimus nūc potissime illoꝝ nobis co
pia necessaria est. Et quoniā te veracem ⁊ amantissimū experti sumus:nō possu-
mus te pro veteri consuetudine nō colere ⁊ obseruare. Cupimusqꝫ idē erga nos
te agere ⁊ eundē eē modo qui fuisti actenus. Expectamus tuas lr̄as ꝗbus de tua
fortūa ⁊ tui ꝑncipis optima valitudine atqꝫ felicitate certiores nos efficias. Gra
tū aūt nobis fuerit si nosipsos dn̄o duci cōmendaueris ⁊ quāta sit nr̄a in eū deuo
tio demōstraueris. Est eniꝫ siquis principū et italici nominis cuius ꝓsperitati fa-
ueamus. is vnus est cuius ingenti virtute ⁊ clarissimis rebus gestis nostrū secu-
lum illustrabit. Cūqꝫ ille in hac curia plurimos habeat seruitores nobis quidem
circūspectione:doctrina:autoritate ꝑstantiores. At fide ⁊ effectu qui nos erga eū
super neminē. Atqꝫ hoc te illi nomine nostro dicere ⁊ affirmare optamus. Vale
Ex vrbe die. iiij. februarij. M.cccclvij.

Congratulat promoto ex vir-
tutibus enarratis e merito.

# Epistola. ccxlv.

Andreas cōtrarius venetꝰ Enee cardinali senen̄. S.p.d. Postq̄ mihi nea-
poli allatū est reuerendissime pater ⁊ dn̄e sacrosancto collegio te associa-
tū. Sane (vt debui) cōgratulatus sum ecclesie dei. Dehinc vt tui aman-
tissimus atqꝫ obseruatissimus maximo gaudio ita me deus amet atqꝫ incredibili
leticia affectus sum. Tu eniꝫ reuerendissime pater cū pro viribus de sacrosancta
romana ecclesia nūc publice nunc priuatiꝫ semper benemeritus sis profecto nūc
egregie tue virtutis premia cū ingenti laude ⁊ gloria pulcerrime es consecutus.
Presertim cū semꝑ ea de te omniū esset opinio ꝓ tuis amplissimis atqꝫ maximis
in rēpublicā xp̄iana meritis ⁊ officijs pro gloria rerū ad te gestarū. pro tua sūma
integritate:cōstantia:religione:sanctimonia:prudētia:doctrina:eloquētia: ⁊ (vt
vno verbo ꝑstringā) diuinarū atqꝫ humanarū scia vt ab oībus sūmo sacerdotio
dignissimus habereris. Nō scribo hec temere:noui aīum. noui ingeniū:noui cōsi-
liū tuū:nēpe quāti te fecerit vir ille diuinus Nicolaus ꝗntus pōtifex maximꝰ ꝗ
quidē cū cēt (vt ita dicā) spectator ꝑsonarū vt oībus notū est. mirū in modū de-
lectat suauitate ingenij tui:ꝓbitate:virtute:innocētia atqꝫ incredibili sapiētia. vt
te nō solū dilexerit verūetiā amauerit ardentiꝰ. Argumēto sūt suis in rebꝰ maxi-
mis ⁊ grauissimis ad mūdi reges ⁊ principes tot clarissime legationes ꝗbus ꝗdē
ꝓ repu. pro eccl̄ia dei ac pro totiꝰ xp̄iani populi pulcerrime. integerrime atqꝫ san-
ctissime functus es. Quid dicā de illustrissimis atqꝫ inuictissimis orbis ꝑncipibꝰ
scꝫ Friderico cesare augusto romāoꝝ imꝑatore:atqꝫ aragonū rege iclito alphō-
so:quoꝝ alteri tuis ꝑstantissimis rebꝰ gestis q̄ carus q̄ iocūdus q̄qꝫ gratissimus
fueris. quippe amplissima atqꝫ maxia ista tua fortuna atqꝫ dignitas declarat. Alt̄
ꝟo sepenumero multis audiētibꝰ. ita regie ita honorifice:ita generose:ita magni-
fice atqꝫ splendide de te loquit:⁊ quidē cū summo omniū fauore atqꝫ assensu vt ⁊
mihi dictu fortassis ⁊ tibi suasu difficile esset. Sed quid ago respu. sane cū impre-
sentiarū cōgratulatione vtendū eēt abundantia quedā amoris mei erga te vt ti-
bi animus meus multo notior atqꝫ illustrior esset hoc tp̄e facere nō potui quin pa
rū de tuis laudibus scriberē. Verū cōsultius eas in aliud tēpus differamus. De-
indeqꝫ ne lōgior sim excellētiā tuā oro. vt postq̄ fauēte deo imortali ad tāte digni
tatis culmē euectus es. hoc est ad apicē cardinalatus q̄ humanissime quēadmo
dū supiori parte solebas me aīo cōplectare. Is enim sum reuerēdissime pater ⁊
domine qui pro mea vice:fide:charitate ac beniuolentia vehemēter cupio excellē
tiā videre tuā ⁊ alloqui quod breui spero me cōsecuturū. Valeat excellentia tua
Ex neapoli pridie idus Januarij. Anno. M.cccclvij.

## Epistola.cclxvj.

De eodem.

Artbolomeus factius Enee cardinali senensi. S.p.d. Et lras meas reuerendissime pr dnationi tue a legato senensi redditas et congtulatonez meam tibi gratam extitisse letor. Teqz existimare magne mihi voluptati fuisse dignitatis tue ascensionem. Ego enim nullum meum in te officium sine magna reprehensione videor mihi posse preterire. Tanta est enim tui erga me amoris magnitudo vt quis maxima tibi optare atqz aplitudini tue buire debea. Harete multos existimo qui dignitati tue faueant: quiqz te in amplissimo statu cupiant. Sed certe non concedam vt eoru quisqz tibi aut vehementius affectus aut honoris tui cupidior sit. De quo plura ad te scribere vereor. ne dubitare videar animu in te meum dominationi tue non satis exploratum esse. Policitationes tuas mihi gratissimas fuisse cito presertim qz eas ab optimo animo pfectas scio ac pro his domiationi tue gratias ago. Ubi opus fuerit et opera tua libent vtar et quid a te agi velim prescribaz. Expectamus regez breui ex apulia beneuctuz iam profectu. Ego ad vrbe redij qzuis de tremotu nonnulla adhuc suspitio sit. Librum quem de viris illustribus scripsi regi dedicaui ac tradidi. In quo ope vt aliquando videbis si non quantuz virtutum tuaz magnitudo postularet. At quatum ingenij mei paruitas potuit quatumcunqz res ipsa passa est tibi a me tributum cognosces. Siquid vero est quod a me agi dominatio tua cupiat iube. Uale pater reuerendissime et domine mi pcipue. Ex neapoli die.

## Epistola.ccxlvij.

Iniuste damnatum excusat.

Neas cardinalis senensis Bartholomeo massano. S.p.d. Intelleximus eximie doctor et fili noster amantissime que ad nos scribis de fratre nro Gregorio. non tuo ex iudicio prodijsse sed aliuz quempiam vt ad nos ea scriberes suasisse. Respondebimus tamen tibi breuiter. Gregorium nos iniuste damnatum: non arbitramur modo sed scimus. Si tamen pena ea esset que tolerari ab eo posset suaderemus collum summitteret et fortune nouercanti cederet Sed quid tibi vt videtur ducetos aureos soluere et viginti annis relegari. Quo argento papiam Gregorius petet omni ere vacuus et nihilominus auro mulctatus. faciet qd sibi libuerit impossibilia non suadebimus. Quod si patria idcirco nobis indignabitur si populi senensis fauore priuabimur. si maledictis et obprobrijs subijciemur. Non erit hoc primum. Sufficit nobis cõscientia nostra. Scimus indigna nos esse passuros. Et id quidem verum est. Omnes qui pie ac iuste viuere volut psecutonez patiunt. Seruiuimus hactenus patrie magnis in rebus et fideliter et vtiliter. nõ meremur hec pmia fratrem nostrum in domo nra manetem viru bonum atqz innocetissimum de re publica optime meritu tam atroci sententia opprimi. Putabamus etiam si noxius idem fuisset ob nra tn in patria merita eunde nobis cõdonari. et tu bone vir times neqz populare auram et plebis rumusculos admittamus. Utetur arbitrio suo senesi. Nuquid i nobis causam inueniet cur nos oderint: Si gregorius ius suum apud romanu potifice prosequat et auxiliu petat. oppressus vir e. etate habz pro se respondebit. Nos nihil male eum agere arbitramur q iudiciali via suam inocentiam ostedere conatur. Scripsimus balie et ciuibus pluribus. nihil valuere preces nostre. patimur nec pterea populo indignamur. Atsi iplus cõtra nos ipse mouet: deus inter nos disiudicabit. tu (vt videris) senis pseuerare vis procul a posito de quo olim locuti sumus. et ad Stephanum scribis. Uincat tuus sensus et tibi habe delicias feneu. nos rome etiam sine te tuisqz viuemus. nuc proficiscit ad vos epus aretinus legatus pape. Iube eum in domo nostra recipi et sibi cuncta ministrari pro persona ac iumentis duz ibi mascrit. Uale ex Roma die. iiij. Marcij. Anno. M.cccclvij.

Demādat pcurat ori ut legatū summi pō-
tificis puisuz recipiat et audact illi assistat. **Epistola.ccxlviij.**

Aeneas cardinalis senensis Bartholomeo pcuratori suo. S.p.d. Venit
impsentiaꝝ ad ciuitatē senen̄ reuerēdus pater dn̄s Angelus epus Areti
nus sanctissimi dn̄i nostri legatus p nōnullis rebus arduis. Et inter cete
ra etiam de Gregorio nr̄o v̄ba faciet. Volumus igit̄ ut eū in domo nr̄a recipias
sibiq̄ꝫ 7 familie sue iumētisq̄ꝫ honestas ac decētes ministrare studeas expēsas dū
ibi māserit: et ita secū te 7 cū suis habeas. ut in reditu eius optimā de te relationē
habeam⁹. Tu q̄z et vicari⁹ noster sibi in agēdis assistetis. ita tamē ut non meti-
culose (ut soletis) s3 ardenti animo. et audaci mente causam iustissimā gregorij
tueamini et ita nostro nomine ipi vicario dices. Scripturas insup de quib⁹ scri-
psisti nr̄as p ipm epm ad nos remittere poteris. cogitauim⁹ de tritico sonitille.
vtile videt̄ id adhuc non alienari nisi aliud scripserimus. 7 ita illi p̄sbytero iube-
bis. Datum rome die. iiij. Marcij. Anno M.cccclvij.

Scribit ne affectionem ta-
citurnitas diminuat. **Epistola.ccxlix.**

Aeneas cardinalis senen̄. Ludouico cardinali sanctoꝝ.iiij.coronatoꝝ lega
to bononie. S.p.d. Nihil scripsi reuerēdissime paternitati tue ab ea die
de qua hinc recessisti vsq̄ꝫ nūc. Nihil em̄ erat scriptōne dignuz. Fuit tamē
animus meus erga dn̄ationē tuā semp intent⁹ memorq̄ꝫ suauissime ꝯuersatiōis
nostre. nec modo q̄cq̄ꝫ est qd̄ magnope memorandū sit. S3 vincendū fuit silenti
um ne taciturnitas affectōnem diminuatam significaret. cupio nosse qui sint tue
reuerendissime dn̄atōnis successus. Neq̄ꝫ ego q̄cq̄ꝫ audiam libentius q̄ꝫ p voto
cūcta tibi succedere. Hinc qd̄ scribā nihil aliud ē nisi sanctissimū dn̄m nr̄m bene
optieq̄ꝫ valere 7 reip. p sua ꝯsuetudie vtiliter p̄esse. Siqua sint i q̄b⁹ dignationi
tue aut volūtati vtilis esse possem. cupio p impio tuo me vtaris ad mādata pa
tissimū amicū ambrosij nr̄i Jo. de spannochijs digneris ꝯmendatū habere qui
ambo tui sunt. nec plura. Recōmendo me iteꝝ atq̄ꝫ iteruz tibi. Ex roma die. viij.
Marcij. Anno. M. ccccl v.

**Epistola.ccl.**

Nouitates refert 7 dire cū captiuo egisse rep̄hēdit.

Aeneas cardinal' senen̄. Magistratui balie senesis. S.p.d. Que de Jacobo
piccinino scribitis accepim⁹ etiā aliūde. sed absq̄ꝫ fūdamēto neq̄ꝫ putaui-
mus dignā rem esse quā scriberem⁹. nūc q̄q̄ꝫ nō arbitramur futuꝝ hipm
sed accepim⁹ aliq̄s ex comitiua illius vēturos in auxiliū comitis euersi cōtra vr-
sinos q̄ꝫ p2 nūiū herba vireat pazalia 7 nescim⁹. q̄s aliū peditū ꝯductores m̄lti sūt.
dies cassi sūt nō a capitaneo sed ab ipo dn̄o nr̄o cū nimis m̄lta peteret. An hi sūt
qui cū luca sclauo territoriū vr̄m inuadere couent̄ ignoram⁹. Vtile ē oportūe p-
uidere 7 reipu. bn̄ ꝯsulere. nos papā alloq̄mur (ut petitis) 7 rn̄suz significabim⁹.
Gaudem⁹ d̄ aduētu leonardi oratorij vr̄i quē viꝝ 7 solertē 7 circūspectū nouim⁹.
Vtilis erit eius mora i hoc loco. De gregorio nr̄o lōge al̄r q̄ꝫ nos sentit̄. Nō em̄
misericoditer s3 seuere 7 dire secū egistis. nec satisfacit q̄ꝫ dicet̄: mēsez datū ad purgati
onē si q̄ velint se inocētes oñdere nisi id fieret i loco tuto. Videbim⁹ tn̄ quō rn̄de-
bitis oratori ap̄lico. Et si q̄d valēt dicta pape 7 p̄ces nr̄e. Da. ro. viij. die Marcij.
M.cccclv. **Epistola.cclj.**

Commēdatoria cū clausula credētie.

Aeneas cardinal' senensis Sacre impiali maiestati. S.p.d. Reuertitur ad
maiestatē tuā vir bon⁹ 7 honore dign⁹ henric⁹ senftlebē s̄blimitati tue et
impio sacro deditissim⁹. mihi āt singl'aris amic⁹. Et q̄ iussu tuo pmotiōez
meā mag̃ fide exacta ac singl'ari prudētia psecut⁹ ē. Nō ē cur eū tuo culmi ꝯmē-

dem quem scio acceptissimū. His referet que apud nos agūtur omnia ⁊ habet in mādatis exhortari vice oratoris serenitatem tuam in expeditōne ꝯtra thurcos. Persuadeo mihi eam rem tue glorie ꝑsuasam esse. Nam ꝓfecto nihil est qđ noī tuo autoritatiqꝫ augustali magis ꝯueniat ꝙ̄ ꝓ defensione fidei catholice ⁊ xpīana salute arma ⁊ scutum sumere. Cum oēs in tuā maiestatem oculos ita intentos habeant vt ea ꝓficiscente ꝓfecturi. ea q̄escenti q̄eturi videātur. Scribo hec ꝓ fide q̄ tuo solio sum astrictus. nihil hesitans oīa in partē recipi meliorē. Verum serenissime cesar cum ego tuo munere ad cardinalat⁹ honorē assūptus sim. nihilqꝫ magis mihi in hoc officio incumbat ꝙ̄ ea regere q̄ putem glīe tue conducere. Reliquū est vt de meo statu cogitare digneris vt habeam vnde viuā. Nam ego hacten⁹ fui diues satis ⁊ quāq̄ pauca possideā erāt tn̄ illa dignitati mee sufficiētia. Nūc vo pauꝑrim⁹ sum ⁊ iam ꝑmū q̄d sit miseria expior. Tua sublimitas absqꝫ damno suo inopie mee cōsulere pōt si patiꝰ aliq̄ bn̄ficia ex suis territoriȷ̈s me impetrare queādmodū p̄fatus Henricus latius mansuetudinē tuam alloq̄tur. Cui precor in his que noīe meo dixerit plenā digneris fidē ⁊ benignas aures adhibere. Ex roma die. viiȷ. Marciȷ. M. cccclviȷ.

## Episto. cclȷ̈.

Decima ⁊ indulgentia p̄dicaꝰ contra thurcos.

Eneas cardialis senensis Johanni cardinali sancti Angeli. S. p. d. Persuaues (et vt optari) ꝑ longas eplās tuas redditas nobis. xȷ. ianuariȷ die cognoui quas ꝯscribis de ꝯflictu thurcoꝝ. illū. s. nō sine cura et diligentia tua diuinitus datū. Nec ego secus q̄d arbitrabār. Quis scripserim dignationem tuam mea opinione egreferre qꝛ vbi gesta res ē nō interfuisti: nō est qꝛ his addam aliquid. doleo obiȷ̈sse illū xpīani exercitus ducem vaynodam sine (vt aiunt) humatē. Nam morte illius spes quoqꝫ nostra interiȷ̈sse videꝰ. Nil em̄ reliq̄ xpīanorū principes cogitare videnꝰ. nemo opponit ꝓ nr̄a salute manū. Pōtifex maximus clamat ⁊ nō audiꝰ. minaꝰ ⁊ non timeꝰ. Et qđ sua. b. pōt nō sufficit tāte belloꝝ moli. Rex portugalie aduētur⁹ ferꝰ. Sꝫ timeo ne alioꝝ desidia illius diligētiam impediat. Quid em̄ sol⁹ agat ex vltimis terraꝝ ⁊ occidētis finibus in greciā asiāqꝫ ꝓfectur⁹. nisi data opa vt theutones bohemi hungari ꝯmuni animo copias parent. Nō intelligo q̄d aliȷ̈ acturi sunt. Hec dixi p̄ri optimo. Papien̄. cardinalis ex alemania decretaqꝫ sibi ꝓuincia reuersus ait theutones ad expeditōnem inclinatos esse sua opa si modo cōuent⁹ agere ꝑmittanꝰ sine ꝯuentib⁹ nihil putat eos acturos. Cardinalis neapolitanus ꝓpe diem ingressur⁹ crediꝰ. cū rege aragonū nō ē ea sinceritas quā negocia nr̄a req̄rerent. Ex francia multa referunꝰ. que mihi ꝓ nugis sunt. Rex vō castelle in granatā ductur⁹ copias dicitꝰ. Patiꝰ et decimas et indulgētias in suis regnis p̄dicari. medietatē pecuniaꝝ inde ꝓuenietē sibi in id bellū recipit. Alterā medietatē cōtra thurcos pape largiꝰ. Dno sancti marci cardinali cōmissum ē vt de vacatōne ecclesie pragen̄ se informet vt ille p̄ficiaꝰ i archiepm̄ datarius pape. Hec habe ex nobis ⁊ dilige tuū eneā vt soles. tuam omnem familiam cum dignatione tua optime cupio valere. Ex vrbe viiȷ. die marciȷ. M. cccclviȷ.

## Epistola. ccliȷ̈.

Se offert ꝓmotorem.

Eneas cardinalis senen̄. Vlrico epō Gurcen̄. S. p. d. Reuertiꝰ ad te henricus senftleben vtriusqꝫ nr̄m amātissim⁹. Non ē cur multa scribam⁹. ipse nr̄a erit eplā q̄ nouit animi nostri secreta. Qui fuim⁹ olim erga te. illi idē semper erimus. nec obliuiscemur vnq̄ suauissime consuetudinis nostre nec immemores erimus tuorum erga nos meritoꝝ. Cupimus si qua sunt que tibi grata possumus ne nobis ignoscas. Confide in hac curia nullum habes qui maiori affectu tua negocia sit acturus ꝙ̄ nos q̄uis plurimi sint tui amantes qui plura

q̄ nos possunt. Sed quid agimus. Iniuriā henrico facimus dum tot scribimus Ipsi omia cōmittim⁹. Illud tm̄ addimus vt nos diuo cesari ꝛ modo ꝛ semꝑ cō-mendare velis. cui omnia debem⁹ cū ab eo omia habeam⁹. Datuȝ rome die q̄r-to marcij. Anno. M.cccclvij.

## Epistola. ccliiij.

Se gratū refert obsequia ꝑstare.

Eneas cardinalis senēsis Diue leonore impatrici. S.p.d. Nihil ē serenissima augusta qđ nunc aliud velim. nisi mansuetudineȝ tuam bene valere et ꝓ suo desiderio felicitate potiri. Ego qui cōsortis tui diui cesaris rogatibus ad cardinalatū nil meritus sum vocatus. debeo tanti boni tātiqꝫ boni omni tempore memoriā tenere. ꝛ ita facio q̄dem atqꝫ idcirco ꝛ sibi ꝛ tibi sepi⁹ scripsi et nūc scribo. scribamqꝫ frequēter vt opa mea fidelissimi mācipij oibus i reb⁹ vtamini. Nam beatū tūc me existimabo cū vestris negocijs exercebor. Nil aliud his l̄ris volui cōmendo me sublimitati tue. quā vt diuina pietas ad vota dirigat feliciter obsecro. Ex vrbe roma. die. x. Marcij. M.cccclvij.

## Epistola. cclv.

Hortatur bono xp̄ianitatis cōsulere ꝛ impa-torē ad id inducere.

Eneas cardinal' senensis Johāni vnguardio imperali camerario. S.p.d. Reuertitur ad cesarē venerabilis vir henricus senftleben. Cui papa nō-nulla commisit cesareo culmini referenda super expeditōne contra thurcos ducenda. Velis suadere cesari vt circa rem illam animum intendat, suū quoniam ita glorie sue competit. Omnes eīm in suā maiestatē oculos direxere et nisi sua maiestas aliquid agat. timenduȝ est ne xp̄iani plaga affligant̄. Insuꝑ aliqua nostro nomine dicet tibi heinricus. Velis ei benignas aures ꝛ fauores vt speramus gratos impertiri. Datū rome die. x. Marcij. M.cccclvij.

## Epistola. cclvj.

Cupit scire quo mō valeat.

Eneas cardinalis senēsis Johāni nihili astronomo bohemie. S.p.d. Ex henrico senftleben intelliges que apud nos agunt̄. Et quid roratus somniet in ecclesia pragen̄ et que in tua dispensatōne acta sunt. nos tui cōmodi semꝑ erimus auidi eque ac tuipse. Perge vt nos ama et vt soles. Si q̄d henricus nostro nomie ex te petierit assistito sibi ꝛ facito ꝓ nobis vt consueuisti. Vale ex roma. x. Marcij. M.cccclvij.

## Epistola. cclvij.

Promotionem suam notificat ꝛ se cōmen-datum haberi exorat.

Eneas cardinalis senensis Dyonisio cardinali Strigonien̄. S.p.d. Que fuerit mens mea. quis antehac animus erga te nō ignoras. nam semꝑ dignationem tuam optimi patris et benignissimi domini loco venerat⁹ suȝ Ita tua bonitas merebatur. Verū si vnq̄ꝫ fui tuus vel filius vel seruus. nunc me potissimū id ꝑstare oportet quando ad eum ordinem sine meritis sum vocatus. in quo tu iure optimo iamdudū sedes. Placuit aplice pietati me cardinaliū collegio nil merentē aggregare. Sentio quantū ꝛ tue dignationi ꝛ ceteris reuerendissimis patrib⁹ debeo. Precor igitur meam volūtatē amplectaris. Et me veterē seruitorē iam factū nouū mancipiū tuum intelligas. Imperes mihi omni tempore si quid est in quo tibi obsequi possim. naȝ mihi voluptas erit q̄tiens videro in tuis aut in tuoꝝ amicoꝝ negocijs me posse exerceri. Cupio insuꝑ serenissimo regi ꝛ domino cōmuni aliquando me cōmendes vt sit memor sua maiestas que deuotio fidei erga se mee. quia omnibus meis scriptis. ꝛ verbis vbicūqꝫ fui ius suū in regno hungarie cōtra polonos tueri suȝ conatus. Valeat optime dignatō tua Cui me humillime cōmendo. Ex roma die. x. Marcij. Anno. M.cccclvij.

## Epistola.cclviij.

Pollicet᷑ gratitudinē ꝓmotionis sue.

Meas cardinalis seneñ. Uaradieñ. epō. S.p.d. Scripsim⁹ nup̄ de nr̄a ad cardinalatū assumptione quā tua ꝓmotione factā nō ambigim⁹ quantū tibi teneamur id etiā tūc diximus. Nō est cur modo iam dicta repetamus Nos in hac dignitate cōstituti quātū hungarie regno quātū regie ꝑsone quātū dignationi tue debeamus ante oculos semp̄ habebimus. Tuū erit opa volunta rij hominis vti. nobis in tuis negocijs exerceri voluptas. Interea rogamus regie sublimitati nos cōmendes. studeasq₃ vt de nostra promotione sūmo pontifici ⁊ sacro collegio gratias agat: cū ꝓ nobis sepius scripserit. Uale optime ⁊ nos vt soles ama. nā nos dignationē tuam vti patrē colimus ⁊ obseruabim⁹. Ex vrbe Romana die. xj. Marcij. lvij.

## Epistola.cclix.

Hortat᷑ vt rex bohemie grates referat sūmo pontifici ⁊ cardinalibus de sua ꝓmotione.

Meas cardinalis seneñ. Nicolao listio. S.p.d. Gratissime fuerunt nobis lr̄e tue quas de nece comitis cilie ad nos scripsisti. nō ꝙ mors illi⁹ nos letificaret. neq₃ em̄ alicuius malo gaudem⁹. sed ꝙ rem gestā ex ordine narrasti quā prius cōfusam accipiebam⁹. Ecce q̄₃ vana est huius seculi pompa q̄₃ caduca gloria q̄₃ breuis potētia. Cecidit q̄ suo nutu maxia regna rexit. At q̄ sanguinē sitiuit in sanguine perijt. Percussit gladio alios ⁊ ipē gladio ꝑcussus interijt. nō pōt veritas nostra mentiri que ait gladio ferietes gladio ꝑituros. Sed ignoscat illius anime deus. ⁊ regno hungarie consulat ne discidijs agitet᷑. Scribimus domino ꝓcopio aliqua de archiepātu pragensi fac vt ipse ad nos rescribat. Res em̄ in ꝑiculo est. Insup̄ cupim⁹ des operā vt regia maiestas sanctissimo dn̄o nr̄o ⁊ sacro collegio gratias agat de nostra ꝓmotione ꝙ ad suas p̄ces nos extulerint Cupimus etiā aduertas vt quādo scribit᷑ de negocijs hungaricis dn̄o nr̄o ⁊ cardinalibus ita efficias vt videamur ꝙ sumus ipsi. s. regi etiā affectissimi. nam sunt q̄dā qui nos supare nitunt᷑ tāq₃ magis regij sint q̄₃ nos. Putamus tn̄ suā maiestatem nō esse oblitam nostre erga se deuotionis ac fidelitatis. ⁊ eo⁊ que sibi puero scripsimus. ⁊ quomodo cōtra polonos omni tp̄e ius suum defendimus. Impar fuerit si noui recentesq₃ locū nostrū inuaserint. Hec rogamus agites cū reuerendissimis dominis nostris strigonieñ. cardinali ⁊ epō varadieñ. q̄bus nos cōmendatos reddas. In ecclesia colocensi fecimus quecūq₃ potuimus: vt plane referre poterit nūcius ad causam missus. Iterū vale. Ex roma die. x. Marcij. Anno dn̄i. M.cccclvij.

## Epistola.cclx.

Postulat᷑ eccl̄ie prageñ. sponsus dari.

Meas cardinalis senensis Procopio cancellario bohemie. S.p.d. Perraro sunt littere ad nos tue: vellemus frequentius scriberes qui te vnice amamus ⁊ tuas epistolas veluti appollinis oracula ducimus. scripsimus tibi quid egerimus in re bohemica neq₃ a te responsum habemus. Interea tuus roratus: homo multiuolus ⁊ magniuolus ex bohemia procurauit offerri postulationem ad pragensem ecclesiam cuiusdam datarij apostolici boni quidem viri sed cathelani ⁊ sermonis bohemici prorsus ignari. Postulationē attulit lucas tibi notus monachus quem lucrifasium appellare soles. Impediuimus hucusq₃ ꝓmotionē huius rei: ne rei nostre nocumentū inferret. Timemus ne diutius impedire possimus. Nam datari⁹ plurimos fauētes habet. Et roratus die nocteq₃ hos illos adit: suadens nil regno esse vtilius q̄₃ promotionem hāc fieri. Uelis de his ⁊ regem ⁊ gubernatorē cōmonefacere vt sciant quibus in terminis res sunt. Et an ista placeāt eis nos certiores facito. Nā regi ⁊ regno vr̄o seruire p̄sto sumus

Cupimus ꝺes opaꝫ vt rex ꝺe nostra ꝓmotione sūmo pōtifici ⁊ sacro collegio gratias agat. Idqꝫ q̄ꝫprimuꝫ. Et quotiēs aliquid emergit vt nobis scribat̄ quia maiestati sue semꝑ erimus ad seruiendū proni ⁊ volūtarij. Ex roma die. x. Marcij. Anno dn̄i. M. cccclvij.

## Epistola. cclxi.

Spōdet facile obtinere qꝺ ꝓstare pōt.

Neas cardinalis senensis Iohāni troster theutonico. S. p. d. Ingrata ē nobis eque ac tibi que te fortuna exagitat. Vellemus tibi quietū esse locū in quo tibi ⁊ musis viuere posses: ⁊ aliqn̄ nobis: nūc tn̄ quod apud archiepm̄ saltzburgeñ. diuertisti: speramus reꝫ tuā meliorē futurā. neqꝫ em̄ ille est qui suos amicos iacere sinat. Dabit̄ tue virtuti p̄miū. ⁊ post tenebras sequit̄ aliquādo lux. Cupim⁹ ipsi archiepo cōmendatos nos efficias ⁊ offeras quecūqꝫ possumus ad ei⁹ nutū parata. Tu ꝟo siquid vides posse nos tibi ꝓstare. scito illud facile obtentū. ⁊ ꝑsuade tibi te nobis charissimū eē. Iohannē qꝫ Lauterbaceñ nr̄o noīe saluū eē iubeto. Ex roma die. xiij. Marcij. Anno. M. cccclvij.

## Episto. cclxij.

Littere credentiarū.

Neas cardinalis seneñ. Ladislao hungurie atqꝫ bohemie regi serenissimo S. p. d. Nōnulla meo nomine referet maiſtati tue venerabilis henricus senftleben decanus vratislauieñ que cōcernūt partim regnū tuū bohemie partim meipsum. Rogo vt illi plenā credentie fidē ꝓstare digneris: ⁊ in agendis eū fauorē de tua sublimitate mihi ꝑsuadeo. Postremo meipsum regie māsuetudini ⁊ ꝺo ⁊ cōmendo. Ex roma die. x. mensis Marcij. lvij.

## Epistola. cclxiij.

Cōgratulat̄ ꝓmotioni sue in cardinalē.

Redericus diuina fauente clemētia Romanoꝝ impator semꝑ augustus ⁊ austrie stirie carinthie ⁊ carniole dux ⁊ comes tirolis. Enee sancte romane ecclesie cardinali. Epo seneñ. principi ac cōsiliario nr̄o charissimo. Salutē ex lr̄is henrici senftleben cōciliarij nr̄i vlrico epo Gurceñ. etiā principi ac cōsiliario nostro pridē ex vrbe destinatis accepim⁹ paternitatē vestrā nuper in proximis quatuor tꝑib⁹ ꝑ sanctissimū dn̄m nostrū papā ad dignitatē cardinalatus ꝓmota extitisse: de quo ꝓfecto leticiā ⁊ cōsolationē habuim⁹ valde singularē. presertim cū id multo iā tꝑe desiderauim⁹ ⁊ sūmoꝑe expectauim⁹. Gaudemus eniꝫ nos voti nostri cōpotes effectos. at tot p̄ces ⁊ scripta nr̄a nō vsqꝫquaqꝫ incassuꝫ porrecta fuisse. Or q̄ꝫ paternitas vr̄a hmōi gradū in eccl̄ia suis etiā meritis ⁊ laborib⁹ ꝓ sede apl̄ica multipliciter ꝑspectis digne fuerit cōsecuta. Optam⁹ itaqꝫ vt ea dignitas vobis felix fausta ac longo tꝑe duratura existat. Sperantes per hanc apertā esse viā paternitati vr̄e ad mai⁹ aliqꝺ fastigiū dn̄o ꝯcedēte ꝯscēdēdi quēadmodū ⁊ sepius sum⁹ auguriati. Nec dubitam⁹ eā quidē dignitatē in p̄mis sancte romane eccl̄ie ⁊ vobis plurimū decoris ⁊ ornamēti. nobis ꝟo ⁊ sacro romano impio ac inclyte domui nr̄e austrie (cui i minorib⁹ semꝑ fructuose ⁊ vtilit̄ p̄fuistis) nō mediocriter cōmodū ⁊ vtilitatē allaturā. cū id longe magis efficere poterit. Cōfidim⁹ enim ac ꝓ certo tenemus paternitatē vr̄aꝫ in ea dignitate ⁊ loco ea q̄ ꝑsonā nostrā statū atqꝫ dignitatē nr̄am ⁊ sacri impij necnō dicte iaꝫ domui nr̄e ac nr̄m ac nr̄oꝝ honorē cōmodū atqꝫ vtilitatē respicere videbunt̄ ꝓ sua solita in nos fidelitate ⁊ cōsuetudine: necnō singulari prudētia vestra tam apud sanctissimū dn̄m nostrū: q̄ꝫ etiā sacrū collegiū cui modo scripta est: diligent̄ ꝓmoturam ⁊ vbicūqꝫ opus fuerit optime defensurā. Rogam⁹ aūt ⁊ hortamur paternitatē vr̄am q̄ten⁹ nos suis lr̄is nobis sꝑ iocūdissimis crebro visitare nec suū circa nos officiū intermittere velit. Et nos pro occurrentibus singulis ad vos tāqꝫ patronum ⁊

ꝓmotorē negocioꝝ apud sedē apostolicā agendoꝝ cōtinuo recurrerem⁹. Paterni tatē vestrā bene valere ꝛ optimis successibus ꝓsperare desiderantes. Datum in Gretz die dñica. xxx. mēsis Januarij. Anno. M. cccclvij.

## Epistola. cclxiiij.

Constantiā sue amicitie refert.

Eneas cardinalis senensis Bartholomeo factio genuensi. S. p. d. Jocundissime fuerūt nobis lr̄e tue quib⁹ amicitiā inter nos apud neapolim contractā ex tuo latere affirmas incōcussam solidāq; ꝑmanere. Idem tibi ꝑsuadeas volum⁹ ex parte nostra fieri. Neq; enim sumus qui more adolescentuloꝝ nūc amemus nūc odio habeamus. nō sum⁹ in contrahenda amicitia faciles: at neq; postq̄ cōtracta est illā leuiter dissoluim⁹. Dilexim⁹ te postq̄ nouim⁹ quāti esses neq; decepti sumus in eo qd̄ de te iudiciū fecim⁹. Itaq; par est. amorez erga te nr̄m dum vixerimus duraturū qn̄ ꝛ tua virtus te minime relictura est. Qd̄ scribis in eo quē de viris illustrib⁹ eui nr̄i cōposuisti libro datū nobis esse locū nō meritis nostris sed tue charitati ascribim⁹. Et in hoc quidē cōfitemur imbecillitatē nostrā nō tā inuiti supra meritū laudamur q̄z vitupamur. Ita em̄ natura cōparatū est vt nulli laus onerosa videat̄: nos em̄ librū cū volueris cupide videbim⁹ legemusq;. Nūc qd̄ tibi aliud scribam⁹ nihil se offert. Cupim⁹ anthoniū panormitā illustrē poetā ꝛ matheū malfericū Jurisconsultū egregiū. etsi quādo candidū oratorē ꝑstabilē offenderis nr̄o nomine saluos dicas. Charissimū quoq; fuerit si qn̄ maiestati regie nos cōmendaueris. quā ꝓ ceteris nr̄i seculi potestatib⁹ ꝛ veneramur ꝛ colimus. Ex vrbe ro. die. xxv. Marcij. M. cccclvij.

## Epistola. cclxv.

Gratissimus est de amicitia regis adepta.

Eneas cardinalis senensis Ludouico putio magistro de mōtesio. S. p. d. Quis ex vulgato sermone ꝛ rebus hispanicis ad nos scribis. plurimū tn̄ oblectāt nos lr̄e tue: multū em̄ salis illis multū beniuolētie ad nos on̄dit. Scimus nos amari a te. ꝛ id quidē nobis est iocūdissimū. diligimur em̄ a magno ꝛ ꝓbato viro. Et ab ipso quē nos pro sua ingenti virtute proq; suis in nos meritis ꝛ amam⁹ ꝛ obseruam⁹ vnice: qd̄ refers de charitate erga nos regia q̄uis rn̄so egeat. responsum tamē nō inuenit: nā quid nos vermiculi dicamus cur tāti regꝭ grām adepti sumus. Supat hoc nō verba solū verūetiam cogitationes. Utinaz possimus aliquādo vna saltē in re mōstrare quātū nos illi excellentissimo regi debere fatemur. Uerū cū sciam⁹ nihil esse in nobis cur ab eo culmine diligamur. petimus rogamusq; vt tu hanc nobis grām cōseruare studeas. Et si em̄ indigni sumus quos primus nostri seculi rex amet: nollemus tn̄ non amari: ꝛ tantū bonuz perdere. Qr suades eius maiestati sepius scribamus: parebimus consilio tuo. Et nūc quidē cum his lr̄as nostras habebis: quas regie mansuetudini nostro nomie restituas. Eiq; nos ꝛ cōmendes simul ꝛ des: nā mancipij loco nos semꝑ habebit nepoti tuo nobili ꝛ modestissimo viro quotiēs ab eo requisiti fuerimus nūq̄ deerimus nec minus in eis curiosi erimus q̄z tuipse. Uale optime. Ex vrbe romana die. xxv. Marcij. Anno. M. cccclvij.

## Epistola. cclxvj.

De morte comitis Cilie ꝛ prestigio cometes.

Eneas cardinalis senensis Alphonso aragonū cecilie regi. S. p. d. Si maiestati tue rarius scribo. nihil obsecro vel negligētie vel aduerse volūtati ascribat̄. Cupio siquidē frequentes lr̄as meas in manus tuas dari. nā sic potētissime mēoriā mei tua māsuetudo tenati⁹ apd̄ se hiet. Uex mā quā ego scri-

bere vellem nō occurrit: que occurrit hāc scribere nolo: neqꝫ em̄ tutū est oīa man
dare lr̄is ⁊ hoc presertim tpe quo nec qui via recta incedūt careant suspitione. Ce
terū q̄ hac in curia gerunt sūt ꝗ̄ꝫ plures qui tue sublimitati ea cōscribūt. Et nōnul
li quidem multo plura ⁊ secretiora ꝗ̄ꝫ ego nouerūt. De germania tantū est sic ar/
bitror ꝙ emulante nullo significare possum. Curabo igit̄ quotiēs illis ex regioni
bus ad me aliqua referant nota digna: ne ꝑ me tuā maiestatē lateāt: nūc vo que
habeam paucis explicabo. Ulricū cilie comitē apud albāgrecam quā vocant alij
albam occisum: iam pridē accepisti hoc oppidū nostri belgradum vocitant: apud
veteres taurinū dictū inuenio. qui sauum flumen misceri danubio apud thauri/
num tradunt. In quo loco nunc belgradū iacere constat. Occisorem comitis nō
est ambiguū ladislaum fuisse filiū iohannis humatis: eius qui sepe thurcos debel
lauit. Et hoc anno supbiā machometis apud eundē locum confregit. Creditū est
nō minus filiū ꝓfuisse reipublice xp̄iane in occisione comitis ꝗ̄ꝫ patrē in profliga
tione machometꝭ: cū machometes ⁊ comes hostes religiōis essent. Ille exteruꝰ
iste domesticus. Memorabilis hic annus est quo thurci debellati sūt ⁊ magnus
comes magni regis gubernator obtruncatus est. Cometes qui visus hoc anno
est: opinioni que de se fuit abunde satisfecit. Apud thaurinū nāqꝫ q̄ dicta sunt pa
trauit. Terrā in regno tuo supra auditū antea sic horribiliter mouit. Impletisqꝫ
ciuitatibꝰ seditiones excitauit. maxime apud senam vrbē. vnde nō parua ciuium
ps exclusa est. Pestis multis in locis debachata magnā ppl'i partē ⁊ p̄sertiz i hun
garia deleuit. Caritas annone nō italiā modo sed germaniā/ greciā ⁊ orientis plu
rimas regiones afflixit. Sed maiora sunt q̄ astrorū periti vel vates timēda predi
cant. Quos vt deus ipse mēdaces arguat optanduz est. Sed vt ad germaniā re/
deam: morte comitis apud austriā cognita: nō parua de hereditate eius cōtrouer
sia suborta est. Que fuerūt illi bona sub corona hungarie ad regē Ladislauz sine
cōtentionē ptinent. Que sub impio iacent multi sibi ptinere asserūt: alij ab inte/
stato: alij ex testamēto heredes se dictitantes: vt albertꝰ ⁊ sigismūdus austrie du/
ces: tum michael comes madeburgeñ. ⁊ vlrice comitis georicie filiꝰ. Sed potissi
mū ius ad impatorē spectare visum est. Conciliū p̄latoꝝ baronūqꝫ ⁊ ciuitatū sti/
rie carinthie carniolēqꝫ ⁊ marchie sclauonite haberi placuit apud gretziū baiora
ricum. In eo auditi sunt oēs qui comitis ciliensis hereditatē ad se dixerunt perti
nere. Deniqꝫ diffinitū est oppida castella arcesqꝫ que comitis cilie sub impio fuis/
sent in manu impatoris tradi. Tum si q̄s ius in illis sibi cōpetere dixerit ab eo pe
tēdū eē: atqꝫ hoc pacto p̄fecti vrbiū locorūqꝫ quorūcūqꝫ possessionē impatori tra/
didere. Ita multo melior hodie cesaris cōditio est ꝗ̄ꝫ pridē fuit: qn̄ nō solū ab ho/
ste liberatus est pessimo: sed ⁊ que fuerunt illi vires sibi accesserūt. Hec volui scri
bere serenitati tue: haud ignarus cūcta ei esse gratissima que ad gloriā cesaree ma
iestatis cedunt. Impatrix ipsa augusta optime valet. De apparatu ꝯtra thurcos
in hungaria cū nihil certi habeā nihil scribo. Sanctissimꝰ tamen dominus noster
⁊ germanos ⁊ hungaros nunc litteris ⁊ nunc nuncijs excitare atqꝫ vrgere conat̄
Mihi nō magna spes fuerit nisi viderz celsitudinē tuā classe instructa in magne
illius memorande nauis puppe armatā: signū profectionis contra thurcos dare.
Nam reliquis orbis principibus: etsi voluntas est: nō adest facultas qua greciaz
inuadere possint. Tue sublimitati si volūtas affuerit nihil deerit: neqꝫ plura mo/
do me tue mansuetudini dedo: a cuius mandatis nunq̄ꝫ discedam. Ex roma. vj.
kl'. Aprilis. Anno. M.cccclvij.

## Epistola. cclxvij.

Regi neapolitano petit cōmendari.

Eneas cardinalis senensis Johanni soletio electo barthinonensi. S. p. d.
Quis raro p̄ntia tua fruamur: eius tamē memoria apud nos dulcissima
est. quotiēs eius cōsuetudinis que inter nos neapoli fuit recordamur: q̄d

quidem sepe contingit: neqꝫ enim obliuisci possumus amicitie suauissime: que ꝛ lucrũ est quod ex neapoli reportauimus: existimamus enim magni tuã beniuolentiam nos eẽ cõsecutos: cupimusqꝫ ea vt ꝑpetua sit quamuis nõ aliter credere debeamus: cũ vera sit amicitia nostra ex honesta cõuersatiõe nata. Amicicia vo que desinere potest: vt Hieronymo placet nunqꝫ vera fuit: sed de hac satis. Cupimus nos aliquãdo regie mãsuetudini cõmendatos efficias. Qui enim nõ minus sumus quam illi q̃ ex aragonia vł cathelania nati sunt: quamuis quoddã naturale ius eos regie maiestati obnoxios teneat: nos beneficia q̃ ab eo recepimus obligauerint. Verũ illorum aliq̃ fortasse absqꝫ scelere se nihil regi debere dixerint: nos absqꝫ ingratitudine quod est viciorum pessimũ id dicere nõ valemus. Sciat ꝑ te clemẽtia regia nos fateri debitum ꝛ cupidos esse id ꝑsoluere etsi obligatio maior est quam per nos dilui possit. Insup̃ dominũ de mõtesio amamus ardenter qui nobis amicissimus fuit. Rogamus vt illi nostrã opam ad queuis eius beneplacita offeras. Postremo si quid est qđ tui causa efficere valeamus scis nos esse quibus vti ꝓ voluntate possis. Ecclesiã barthinonen. cõfidimus tuã esse futurã. Etsi modo aliquid subest impedimenti: tẽpus oia donat. Vale ex Roma. xxvj. Marcij. M.cccclvij.

## Episto. cclxviij.

Reprehendit cõsolari nolentẽ super morte filij.

Aeneas cardinalis senensis Johanni mira ballio equiti neapolitano. S. p. dicit. Referunt q̃ ex neapoli ad nos veniũt: magnificentiã tuã adhuc mestam esse ꝛ cõsolationẽ nullã accipe de morte filij: id nobis molestũ est. Rogamus ne temet affligas: nõ est super ea re dolendũ que amissa nequit recuperari. Sunt tibi alij filij virtute fama honore prestantes. Isti tibi in terra seruiunt. In celo ille locum parat: age: cogita: quid est huius mundi gloria. Caduca sunt omnia que in terris acquirimus: nihil stabile: nihil certũ: nemo sibi horam vite ꝓmittere potest: nemo de crastino habꝫ noticiã: fugit etas: fugit omnis terrena voluptas. nihil habemus nisi presens ꝛ id momentaneũ est. Quid igit̃ tristamur si priuamur momentaneo bono. Dicimus hec sapienti viro ꝛ qui ista optime nouit. libet tamẽ dicere homini amico ꝛ bene de nobis mereti. Precamur ne deinceps in hac re scribere cogamur: quod tũc fiet cũ magnificentiã tuã hylarem atqꝫ iocundam esse audiuerimus: alioquin nõ possumus tacere. cũ tua mesticia nostra sit molestia. Cupimus te indulgere bone valitudini ꝛ viuere animo leto. Sic enim ꝛ nos ꝛ reliquos amicos tuos consolaberis. Albericũ filiũ tuũ optamus bene valere. Alexander florentie bene valet vir magni precij ꝛ verus tuus filius in quo tui mores expssi sunt. Vale ex roma die. xxv. Marcij. M.cccclvij.

## Epistola. cclxix.

Refert grates congratulatori promotionis sue.

Aeneas cardinalis senensis Vrbano epo Sabinen. S. p. d. Ex aladia ad nos tue lr̃e deuenerũt quibus de nostra ad cardinalatũ vocatione cõgratularis: nõ est bona erga nos tua charitas. Scimus te nos amasse ab eo tpe quo vienne simul versati sumus vsqꝫ hodie absqꝫ simulatione: nec nos minus te dileximus ꝛ diligimus. Itaqꝫ si quid honoris nobis accessit ꝛ tibi aucta dignitas est. quãdo inter amicos veros oia esse cõmunia decet. Tu itaqꝫ deinceps cardinalatũ nobis creditum ꝛ tibi cõmunicatũ pro nostra inuicem charitate iudicabis Quod speras amplius de nobis: rogamus ex cerebro tuo ꝓcul amoueas: nam quod huc euecti sumus plus est quam meruimus. Et vtinã nos geramus auxiliante deo ne dedecori dignitati simus. Liberationẽ tuã audiuisse ꝑinde atqꝫ capturã voluptati fuit: nam si prius te captum accepissemus nõ caruissemus grandi molestia. nũc euasisse te periculum dulce est ꝛ aliquãdo suaue tibi fuerit meminisse laboris. Vale ꝛ nos ama vt soles. Ex roma.



bona [illegible] … [illegible] … [illegible] filii

Laudat industriā ⁊ nouitates rescribit. **Epistola.cclxx.**

Neas cardinalis senensis Roderico cardinali sancti Nicolai. S.p.dicit
Quod nihil tuarū lrarū iampridem acceperim: cām esse arbitror ingētes
ac grauissimas occupationes tuas ⁊ illarū terrarū ꝑicula. Ego tñ gaudeo
ꝙ in aduersis ⁊ arduis rebus tua virtus elucet. nā qui ex agro piceno veniūt: tua
cura: diligentia: studio: ⁊ singularissimo ingenio ex grauissimo discrimine seruatā
ꝓuinciā aiunt. In senatu aplico magnifice summi sacerdotis verbis tua digna-
tio commendata est. Senatus ipse omnis se obnoxiū probitati tue fatet̃ cuȝ tua
opera ciuitas esculana saluata sit: qua perdita: nō marchia solū sed omne patri-
moniū beati Petri ibat pessum. Perge igit̃ incūbe cōmuni cure: intende neruos
ꝓ cōseruatione rerū ecclesiasticarū vt facis. Hinc em̄ gloria hinc sempiternuȝ de-
cus. non tue solū dignationi sed vniuerse burgiorū familie redundabit. Protho-
notarius tuus allocutus me est tuāq; erga me charitatē mihi⁹ quidem notissimā
conatus est amplius atq; amplius inculcare. Sed ita mihi ꝑsuasus est amor tu⁹
vt ꝑsuaderi magis nō possit: ait ille cupere dignationē tuā huc reuerti. vtinam id
detur ⁊ q̄ȝceleri⁹. Etenim vtilissimus esset reditus tuus. Cōsolareris grandeuuȝ
illū summū pontificē patruum tuū: qui assiduis curis intentus nullum habet le-
uamen. Presentia aūt tua in primis letificaret eū: neq; em̄ sine dulcedine quadā
mētis ⁊ anime: suo sanguine sanguis heret. Exinde parteȝ curarū susciperes nec
oporteret illū omnia solū subire onera. Curia q̄ȝ vniuersa tuo aduentu exultaret
habēs hoiem ad quē posset vrgēte necessitate recurrere: nā modo multi frustrant̃
nō valentes aditū habere pōtificis: cuius audientie die nocteq; sua sanctitas si-
ne intermissione intēta est. Nescio quid deliberabit̃ de tuo reditu. Ego quidem si
q̄d in eā rē potero nō ero deses. Scripserā vsq; huc cuȝ tue nihil lr̃e reddite sunt
eloquio plene suauissimo. Mirabar prius nō te scribere: nūc demiror in tanta re
rū mole qua premeris id ocij fuisse vt ad me dare lr̃as potueris. Sed nihil ē amā
ti difficile. Omnia vincit amor: nullus grauis labor q̄ nō leuissim⁹ ei videat̃ q̄ ex
amore opat̃. Intelligo igit̃ esse nō vanā opinionē meā q̄ me amari a te arbitror
⁊ mihipsi ꝑsus suadeo: sed de hoc fortasse nimis inter veros amantes. Queris
q̄ apud nos nouitates eas rescribā ⁊ dicā breuit̃ q̄d audeo. Jacobus piccininus
ad pōtificē misit q̄ se purgarēt in esculanis insidijs nihil a se ꝑdijsse. Pōtifex re-
spōdit id magno regi aragonū suadēdū esse qui ei⁹ expromissor fuit. Sūt qui pu-
tāt comitē iacobū velud indignabundū (nā ei stipēdia negata sūt) aliq̄d noui pa
traturū incendij. Alij referūt eū ad maiestatē regiā ꝓfecturū: siue vt se expurget
siue vt aliqua exquirat in rē suā. Vtcūq; sit vigilandū est ne q̄d detrimēti ager ec-
clesie patiat̃. Inter comitē euersuȝ ⁊ vrsinoꝝ dn̄m feruet discordia. Cōcordia se
pius agitata in lucem nō prodijt. Nocte ante hanc diē tercia transiuerunt copie
comitis euersi ꝑ hanc vrbem deceptis portarū custodibus. Premiserūt enim qua
tuor viros qui se germani tui illustris capitanei famulos dicerent: sumptis vesti-
bus que fidē facerēt ad morē eoꝝ qui capitaneo seruiūt: ⁊ hi intromissi captis cu
stodibus ianuas aperuere vehemēti exercitui comitis euersi. He aūt copie profe
cte sunt ad oppidū cui mōticello nomē est illud cū arce ferunt̃ occupasse. Nō ha-
bemus rem compꝑtā. Sepe em̄ plura referunt̃ in hac vrbe que ab ipso vero ꝓcul
Eneas cardinalis senensis Martino mayer. S.p.d. Sunt nōnulli nationis tue hoies parū pensi habētes: q̄bus romani pōtificis auctoritas neq́ꝫ necessaria esse videt᷑ neq́ꝫ a xp̄o instituta. Cōtra quos hāc ep̄lam scribere ⁊ tibi trāsmittere decreuim⁹: vt si qñ tales homines te adierint: habeas ex nobis quo gladio eoꝝ temeritatē cōfodias. Nā qñ eos nō solū scripta iura reuellunt ⁊ auctoritas eccl'ie longe lateq́ꝫ diffusa: sed ipsa q̄ꝫ naturalis rō eis aduersa est: que lex nature imobilis ⁊ inuariabilis adeo fixa est: vt neq́ꝫ epicheiā ferat. Audi ergo quo modo istos reuincimus: reuellimus: ꝓsternimus: cū xp̄ianis nobis questio ē qui euangeliū recipiūt ⁊ xp̄m filiū dei ꝓ nostra salute incarnatū ⁊ passum fatent᷑. Hi nobis haud quaq́ꝫ negabunt sacramenta in eccl'ia ab ipso filio dei instituta: q̄bus ad salutē nostram vtimur: baptismi: confirmationis: eucharistie: penitentie ordinis: matrimonij ⁊ vnctionis extreme: quoꝝ vnū quod est principalissimum scꝫ ordinis alioꝝ duoꝝ que potissima esse vident᷑: eucharistie ac penitētie mysteriū in se continet. Nā sacerdotes hac potissimū cā sunt instituti. vt purgantes ꝑ penitentiā hoies a peccatis suis ⁊ in gratiā dei redeūtes: idoneos faciant ad corpus xp̄i participandū. Deinde corpus xp̄i consecrantes illud eis administrent. Videm⁹ aūt natura ita cōꝑatū esse vt ois p̄tās que ad principalē aliquē ordinata est effectū: inferiores ordines sibi subseruientes habeat qd̄ maxime in artib⁹ apparet. Nam arti que formā materialē inducit alie subseruiūt que materiā disponūt Et rursus ars illa que formam inducit alteri seruit ad quā pertinet finis perfecti operis. Nam qui ligna cedit arti nauifactiue deseruit. Et hec rursus gubernatorie illa vo militari vel iconomice queādmodū ad diuersos ordinant᷑ fines. Cū ḡ potestas ordinis in eum finem constituta sit vt purgatis hominibus corpus xp̄i ministret palam est inferiores ordines ei deseruire: ea ꝑparantes que ad hoc op⁹ necessaria sunt. Et infimi quidem ordines sacerdotali deseruiunt populū preparantes. Ostiarij quidem arcendo infideles a cetu fideliū. Lectores instruendo cathecuminos elementa fidei tradentes: propter quod eis scriptura veteris testamēti legenda cōmittit᷑. Exorciste vo eos purgant qui per demonioꝝ vexationes a sacramentoꝝ perceptione impediunt᷑. Atq́ꝫ ita hi tres ordines disponendi populi curā habēnt. Est ⁊ quart⁹ accolitoꝝ ordo: cui vasa nō sacra credita sunt in q̄bus sacramenti materia ꝑparat᷑. Subdiaconi vo ministeriū habent sup̱ vasa sacra ⁊ sup̱ dispositione materie nondū consecrate. Diaconi vo vlterius procedūt: administrant eñ atq́ꝫ contingūt materiam iam consecratā xp̄i saguinem populo dispensantes. Subseruiunt autem hi ordines sacerdotali etiam ꝑparatione populi. Nam diaconibus cōmittit᷑ euāgelica doctrina ꝑparanda populo. Subdiaconibus epistola. Accolitis luminis cōmissa est cura. quod ad solēnitatē doctrine proculdubio pertinet. Atq́ꝫ ita hi sex ordines ad septimū referunt᷑ qui sacramētalis appellat᷑. At cū ordinū hoꝝ collatio cū sacramento quodā ꝑficiat᷑. sacramenta aūt ecclesie dispēsatores req̄runt idoneos: necessariū est sup̱iorē aliquam

ptātem eſſe in eccleſia altioris miniſterij que ordinis ſacramēta diſpēſent. Hanc aūt maiores noſtri epālem appellauere: que ꝗuis in cōſecratione corpis xp̄i ſacerdotalē nō excedat: ſupat tn̄ in his que ad regimen populi ptinēt. Nā ⁊ ipa ſacerdotalis ptās ab epāli diriuat̄. Et q̄ ſunt ardua circa populi curā epis reſeruātur. Nec ſacerdotes ip̄i dū corp⁹ xp̄i cōficiūt reb⁹ alijs vtunt̄ ꝗ̄ p epm cōſecratis vt altari calice veſtib⁹. Eſt igit̄ manifeſtū ſummā regiminis qđ in populo xp̄iano gerit̄ ad epalē ptinere ptātem. Verū ꝗuis populi p diuerſas dioceſes ac ciuitates diſtinguant̄: ſicut tn̄ vna eſt eccl̄ia ſponſa xp̄i: ita ⁊ vnū oportet eſſe populum xp̄ianū. Et ſicut in vno ip̄ſo ſpāli vnus requirit̄ ep̄s ad quē ſūma rei deferat̄: ita ⁊ in toto populo xp̄iano pnecessariū eſt vnū eē toti⁹ eccleſie caput: vnū p̄ceptorē atqꝫ magiſtrū ad quē maxia queqꝫ ⁊ difficilia referant̄. Cūqꝫ ad vnitatē eccl̄ie conſeruādā illud potiſſimū requirat̄ vt vna ſit oīuꝫ fides: circa ea đo q̄ fidei ſūt queſtiones varias ſuboriri cōtingat: vnū eſſe principē vnūqꝫ caput oportet ⁊ ſupmū iudicē qui q̄ſtiones ipas diſſoluat. Alioquin ſniarum diuerſitas eccleſiaꝫ ipaꝫ diuideret atqꝫ ſolueret vnitatē. Quēadmodū factū eē videm⁹ ante ꝯſiliū nycenum dū ſibi q̄ſqꝫ viuebat ⁊ ad romanā eccleſiā puus habebat̄ reſpectus. Et nos quidē palā videmus oēs qui tempeſtate noſtra pegrina inuenerint dogmata: ⁊ errores p̄dicāt illud in primis ſibi vſurpare vt romane eccleſie auctoritatē ⁊ p̄ncipatum diffiteant̄. At cū xp̄s deus nr̄ ſpōſam ſuā eccl̄iam tāferuēti amore dilexerit vt ſanguinē ſuū ꝓ ea effuderit crucis tormētū ppeſſus. Nequaꝗ̄ credendū eſt eū in his que neceſſaria ſunt eccleſie nō oportune cōſuluiſſe: cū de ſynagoga p yſaiam dicat quid vltra facere debui vinee mee ⁊ non feci. Itaqꝫ cum neceſſe ſit ad pfectū regimen vnū p̄eſſe a quo ceteri dependeant: minime dubitandū eſt quin ex ordinatione xp̄i vnus eccleſie preſit. Et nos hūc romanū p̄ſulē appellamus: vulgus papam nominat. Inſup cum eccleſie regimen ab eo inſtitutum ſit p quē reges regnant ⁊ legis conditores iuſta decernūt: non eſt ambigendū quin eccleſie regimē optime ſit ordinatū. Optimū aūt multitudinis regimen illud eſt quod ab vno regit̄. Id aūt ex fine patet. Nā finis optimi regiminis pax eſt ⁊ vnitas ſubditoꝝ. Unitatē aūt que pacis eſt nutrix nemo dubitauerit longē meli⁹ ab vno ſeruari ꝗ̄ a plurib⁹ Unus eñ dignitati cōgruit. Ob quā rē nō eſt ambiguum quin eccleſie regimini tāꝗ̄ optimo p̄ſit vnus. Huc accedit qđ in apocalipſi Iohannes ait ſe ſcꝫ vidiſſe hieruſalem deſcendentē de celo. Et moyſi mandatū eſt vt omnia faceret ẜm exemplar ei monſtratū in monte. Quibus ex verbis quid aliud colligim⁹ ꝗ̄ militantē in terris eccleſiam: inſtar eſſe triūphantis eccleſie in celo. At cū in illa vnus ſit dominus dicente eodem iohanne rurſus in apocalipſi: ipſi populus eius erūt: ⁊ ip̄e deus cum eis erit eoꝝ deus. Quis non intelligit eccleſie militantis vnū eſſe principem oportere. Recte igit̄ oſee primo ſcriptum eſt. Cōgregabunt̄ filij iuda ⁊ filij iſrahel pariter ⁊ ponent ſibimet caput vnū. Dn̄s quoqꝫ apud iohannē ait. Fiet vnum ouile ⁊ vnus paſtor. Et ad epheſios doctor gentium paulus. Soliciti inq̄t ſitis ſeruare vnitatē ſpiritus in vinculo pacis. Unū corpus ⁊ vnus ſpūs ſicut vocati eſtis vna ſpe vocationis veſtre. Unus dn̄s: vna fides: vnū baptiſma: vnus deus. Sed dices fortaſſe vnū caput: ⁊ vnus paſtor eccleſie xp̄s eſt qui eſt vnus et vni⁹ eccleſie ſponſus: ⁊ hic cūcta gubernat: nec opus eſt aliū adhibere paſtorem. Uana eſt argumētatio tua. Nam cū omnia eccleſiaſtica ſacramenta xp̄s ip̄e pficiat. Ipſe eſt enim qui baptizat ⁊ peccata dimittit: ipſe eſt enim verus ſacerdos qui ſeſe obtulit in ara crucis: ⁊ cuius virtute corp⁹ eius quotidie ꝯſecrat̄: poſſem⁹ dicere minime neceſſarios ſacerdotes quod quāte ſit abſurditatꝭ nequaꝗ̄ te latet Scim⁹ eñ xp̄m cū ex hoc mundo trāſiturus eſſet ad patrē: cū corpore affuturus erat: elegiſſe miniſtros p quos ſacramēta fidelibus diſpenſaret. Eadē eñ ratione neceſſariū fuit aliquē eligere cui vniuerſalis eccleſie curam cōmitteret quod fecit Dixit enim petro ante aſcenſionē ſuam. Paſce oues meas ⁊ ante paſſionē tu interum cōfirma fratres tuos. Et rurſus petro ait. Tibi dabo claues regni celorū.

Quibus verbis palā ostendit potestatē clauiū ꝑ petrū ad alios diriuandā vt ec-
clesie seruaret vnitas. Nec fas ē dicere hāc dignitatē petro datā ad successores
eius non diriuari. Nā xp̄s ecclesiā vsq ad finē seculi duraturā instituit ſm illud
Isaie. ix. capitulo. Sup soliū dauid ⁊ sup regnū eius sedebit ⁊ ꝯfirmet ⁊ corrobo
ret in iudicio ⁊ iusticia amodo ⁊ vsq in sempiternū. Nā ptās apud eos q̄ cū xp̄o
vixere: ita instituta est vt ad posteros diriuaret pro vnitate ecclesie vsq ad finem
seculi. Et hoc est qd̄ ipse saluator ait Math. vltimo. Ego vobiscū sum vsq ad cō
summationē seculi. Itaq liquet vnū esse pōtificē qui presit ecclesie vniuerse. Et h̄
post xp̄m petrus fuit: illo aūt vita functo successores eius vsq ad calixtū tercium
xp̄i vicariatū tenuere. Nec pōt dici aliā quēpiā ecclesiā hoc p̄rogatiuo gaudere.
Nec ipsa quidē hierosolomitana in qua fuit officina nostre salutis: ⁊ cui iacobus
frater dn̄i magnus prefuit ap̄lus. Nam xp̄s cum vicariū suū petrū elegit: ei loco
hanc dignitatē concessit quem petrus ipse suo sanguine consecraret. Hierosolo
mitanā autē ecclesiam q̄uis nycena synodus ab omnib⁹ honorandā esse volue-
rit saluū tamen esse decreuit ius cesaree palestine: que tunc eius erat metropolis
Romana igit̄ ecclesia vt sacri canones aiunt caput omniū est: que principis apo-
stolorū ⁊ doctoris gentiū sanguinē dedicata ibi apud se celeste regnum habere me
ruit: vbi terrenū vsq ad summū creuerat imperiū. Nam sicut romulus ⁊ rem⁹
initiū ibi mortalis imperij fecere: ita petrus ⁊ paulus celeste regnū fundauere.

## Epistola. cccij.

Preconizat scripta eius.

Eneas cardinalis senensis. Ep̄o onetēn̄. S. p. d. Litteris tuis ⁊ letati ⁊ ob
lectati sum⁹. Letati quidē ꝙ tempora nostra claris florere ingenijs ⁊ vim
eloquētie passim crescere atq ad exteras penetrare nationes animaduer
timus. Oblectati autem ꝙ in epistola tua multū leporis: multūq salis inuenim⁹
Et cū omnia que scribis grauia dignaq philosopho proculdubio sint: tum nobis
illud precipuā quandā exhibuit voluptatē: ꝙ in exemplis ietro ⁊ moyse quibus
impugnabaris: quasi armaturis tuis quib⁹ ⁊ defenderis ⁊ aduersariū tuū feri-
res vti nouisti. Est eñ simile hoc illi quod de virgilio legim⁹: qui cū crimini sibi da
ret: ꝙ homeri versus operi insereret suo. At hoc inquit quod vituperatis laude
p̄cipua dignum est: tanq ego clauam ex manu herculis arripuerim. Hoc itidem
⁊ nos de tuo ingenio dicimus. Perge igit̄ ⁊ florentes eloquij tui vires sepe exer-
ce. Sic enim erit inter disertos oratores nō vulgare nomen tuū. Vale quanti es.
Ex vrbe tercio octobris. Anno dn̄i. M.cccclvij.

## Epistola. ccciij.

Ex humilitate se indignū
cardinalatu confert.

Eneas cardinalis senēn̄. Leodrisio cribello. S. p. d. Affecerunt nos haud
modica voluptate prestans vir ⁊ amice singularis littere tue quas ex me-
diolano. xvij. kl. septembris ad nos scripsisti: legimus iohannis crisostomi
ep̄lam: quam ex athica romanā fecisti. Nesciebamus te ante greci sermonis gna-
rum esse: prius translationē hanc vidimus q̄ te grece doctum audirem⁹. Tanto
te magis extimamus quanto magis est duas linguas q̄ vnā nosse. Non est no-
bis iudicium de grecis. At quod latine scriptū est ex greco versum: si quid est qd̄
sentimus admodū laudabile est: tersum: suaue: nitidum. Gaudemus te huic do-
ctrine profectum vt laudari ab omnibus tua scripta debeant. At quod de nobis
iudicium facis. Longe maius est q̄ nostra exigant merita: nouimus nosipsos nec
fallimur cum laudamur. Qr ad cardinalatū euecti sumus diuine miserationis est
non nostre virtutis. Nec omnia consilia dei humana pōt inuestigare cogitatio.
Sepe ad nostrā ruinā tendūt que nos quasi felicia vel cupimus vel admiramur
Neq dignitas cardinaliū tantū in se boni habet quantū pre se ferre videt̄: ⁊ qui-
dem nobis qui tante glorie impares sumus instar est potius miserie q̄ felicitatis
Itaq probe ad nos epistolā de exilio militis misisti vt solamen nostre calamitati

afferres aliqꝺ:egemꝰ eni̅ cõsolatione nõ parua. Nam sicut ꝓstantissimi patres
inter viles exulant hoĩes:itaqꝫ ⁊ ignari nostriqꝫ similes quasi a patria fugati sunt
cum cetui admiscent̄ probatissimoꝝ:Jdqꝫ nobis accidit in sacrũ collegiũ accersi-
tis in quo trementes viuimus. Faxit deus vt si non implemus opiniones homi-
num:at saltẽ ne confundamus eos qui de nobis bona predicant. Uiri prestantes
⁊ euo nostro singulares Nicolaus arcemboldus ⁊ scenacortensis dum nos com
mendant faciunt magis quod se decet q̃ꝫ quod meremur. Stephanus cacia no-
uarieñ. ad quẽ scribebas diez obijt. Nos loco suo tuas legimus litteras. Amauit
te ille ⁊ amat proculdubio in paradiso viuens. Non eni̅ perit aĩa cum a corpore
abit:neqꝫ viri boni ⁊ stephano pares ad inferos migrant:dum satis fungunt̄:sed
recta via celum petunt ei seruituri:eoqꝫ fruituri a quo receperunt esse. Ex vrbe ro
mana die. xxij. octobris. Anno dñi. M.cccclvij.

## Epistola. ccciiij.

Spondet cõmendato ꝓficere.

Aeneas cardinalis seneñ. Nicolao arimboldo. S.p.d. Mille annis si ta-
cuisses nihil ad me aut de me scribens:nihil tñ de nostro erga tẽ amore di-
minuissemus. Neqꝫ eni̅ nos latet quocũqꝫ in statu simus nos caros esse ⁊
amatos in mente tua. Accepimꝰ modo litteras tuas quibus amicũ comariũ no-
bis cõmendas. Erit nobis cure causa sua:⁊ intelliget si opus fuerit tuas cõmẽda
tiones sibi fuisse vtiles. Hic cardinalatus quẽ sine vllis meritis cõsecuti sumus:
nulla in re nobis voluptati est:nisi vt aliquãdo prodesse possumꝰ amicis nostris
inter quos tua probitas p̄cipuũ habet locum. Tuum est igit̄ vt opera nostra cõ-
fidenter vtaris. Cupimus tibi consortiqꝫ ⁊ liberis bene esse. Uale optime:⁊ nos
quando facultas sese exhibet domino duci cõmendatos effice. Ex roma die. xxij.
octobris. Anno. M.cccclvij.

## Epistola. cccv.

Leodrisius crebellus ad eneã siluiũ cardi-
nalẽ seneñ. in eplam iohis crisostomi ꝓlogꝰ.

Ad patrem reuerentia cultuqꝫ dignissimũ dñm eneam siluiũ episcopum se
nensem ⁊ sacrasancte romane ecclesie presbyterum cardinalẽ benemeri-
tissimum leodrisius crebellus. S.p.d. Existimo dignissime presul ingen-
tem iam esse litterarũ aceruum:earum que ex omni italia germaniaqꝫ ⁊ ab opti-
mo quoqꝫ viro studio congratulandi per hos menses ad tuam dignitatẽ sunt cõ
scripte. Et q̃ꝫuis virtutes alias:alia merita:spes etiam in futurum vberiores sin
gillatim ⁊ facile ⁊ vere:ex magna copia vt cuiusqꝫ animus tulit (etsi non ijsdem
verbis) annotauerit:eandem tamen seriem eandemqꝫ voluntatẽ videre videor
omnes imitatos esse. Quo numero cũ ⁊ ipse fuerim ab amplitudine tua nõ ab in
genio meo vires capiẽs:statui impresentiarũ:nouo ac diuerso scemate felicitatẽ
tibi tuã ⁊ diuine maiestatis ꝓpitiũ numen ante oculos ponere. Hec est epistola io
hannis crisostomi:qui cũ ex pontificali throno suo pulsus ⁊ exilio damnatus eēt
amiciqꝫ exinde sui seqꝫ scitatis ⁊ eloquij diuini cultores merore ⁊ cruciatibꝰ affi-
cerent̄:ad ciriacũ epm̄ ⁊ ipm̄ exilio dãnatũ hãc eplam luctus ⁊ miseriarũ primo:
deinde ꝯsolationis plenã scripsit. Quã ego dũ e greca latinã fecissem statui ꝓstã-
tissime dignitati tue:ea potissimũ cã dare:vt intelligas quãto meliore ꝯditione te
cũ diuina pietas agat. Illũ eni̅ virũ sapiẽtia ⁊ scitatẽ preditũ:inimicoꝝ fraus po-
tẽtiaqꝫ pessundedit:tu oiuz aduersantiũ inuidiã mirabili ingenio ⁊ vite cãdore su-
pasti. Ille ex pñia crudelit̄ pulsus ẽ:tu a remotis regiõibꝰ q̃ꝫuis ibi etiã felicit̄ dege-
res felicius tñ in pñiaz es reuocatꝰ. Ille de throno suo eiectꝰ ẽ:tu ad maiorẽ sublima
tus es. Illiꝰ ruina suos oẽs miserabili calamitate inuoluit:tua vo felicitas tũ cete
ris oibꝰ amicis ⁊ clientibꝰ tuis:tũ mihi maxime ꝑhennis leticie mãm ꝓbuit. Itaqꝫ
leges hec diui crisostomi scripta non ingratis oculis. Sed ita tamen vt scribẽtis
grauitas interp̄tis nouitate nõ ledat̄. Tuã vo reuerẽdissimã paternitatẽ diutissi
me hñ valere p̄cibꝰ p̄coꝝ:cuius gratissimi p̄conei:nicolaꝰ arcembolꝺus ⁊ scena

curtensis non in hoc clarissimo senatu tm̄ sed in omni italia primarũ viri eidem sese sũmo affectu cõmendant. Mediolani. xvj. kl. septẽbris.

Johannes crisostomi archiepi constantinopolitani in exilio cõstituti ad ciriacum ep̄m ⁊ ipsum exulem Epistola e greco in latinũ traducta a leodisio crebello.

# Epistola. cccvj.

Se rursus exhauriã merorem tui vultus ⁊ dissipabo cogitationes q̃ hanc nubem efficiant. Quid em̄ est ꝙ cõtristaris ⁊ meres: q̄ꝛ grauis est ꝓcella ⁊ acerbũ naufragiũ quibus ecclesia ꝑturbat̄. Hec ⁊ ego scio nec quisq̃ inficiabit̄. Sed si velis harũ tibi rerũ imaginẽ fingam: mare cum videt̄ ab ymo fundo ventis cõuelli: nautas vero ipos ⁊ clauis ⁊ remis manꝰ genibus complicare: ⁊ ꝓpter tempestatem desperatione deficere: non celũ aspicientes: nõ pelagus: non aridã: sed ꝑ transtra iacẽtes lamẽtari ⁊ flere: atq̃ hec quidẽ in mari ꝓueniũt. Nũc aũt in nr̄o mari peior tumultus peiores etiã fluctus: sꝫ tu roga dn̄m nostrũ ihesũ xp̄m qui nõ arte supat tẽpestatẽ: sed spũsancto ꝓcellã dissoluit. Et q̄uis rogaueris neq̃ exauditus sis ne deficias animo. Hmõi em̄ cõsuetudinẽ seruat benignus deus: nec em̄ ille tres pueros liberare nõ poterat ne in fornacẽ ignis mitterent̄: sꝫ cũ captiui facti eẽnt ⁊ in barbaroꝝ regionẽ deportati: nudati insuꝑ patna hereditate: ⁊ ab omnibꝰ derelicti: nihilq̃ eis reliquũ supesset: tũ subito xp̄s verus deꝰ repentino miraculo dissipauit ignẽ. Cũ em̄ scõꝝ virtutes ignis nõ ꝑferret: exiliit foras: ⁊ quotquot circa fornacẽ inuenit chaldeoꝝ absumpsit. Ecclesia igit̄ illis fuit fornax: ipi vero creaturã oẽm inuocabant visibiliaq̃ angelos ⁊ p̄tãtes atq̃ ita oia colligẽtes dicebãt. Bñdicite oia opa dñi dn̄m. Uides vt scõꝝ patiẽtia ⁊ ignẽ ⁊ rorẽ mutauit: ⁊ tyrannũ cõuertit. Eris em̄ in vniuersum orbẽ dimissis: magnꝰ inq̃t sydrach misac ⁊ abdenago. Quãtã insuꝑ q̄q̃ acerbã penã imposuit si q̄s verbũ aduersus eos ꝓtulisset: publicet̄ eiꝰ domꝰ oisq̃ substãtia diripiat̄. Ne igit̄ deiecto atq̃ pusillo aio esto. Nã ⁊ ego cũ a ciuitate expellebar nihil hoꝝ nõ cogitabã sed mecũ ipe dicebã. Si quidẽ voluerit: impatrix me exilio dãnare dãnet. Dñi ẽ terra ⁊ plenitudo eius: si mediũ secari voluerit. Secet. Isaiã habeo in exemplũ. Si in pelagꝰ me ꝓijci iubeat: ionã reminiscor. Si me velit in fornacẽ mitti: tres pueros habeo hoc ꝑpessos. Si me vult feris obijcere danielẽ in fouea leonibꝰ appositũ recordor. Si me lapidare voluerit lapidabit: stephanꝰ mecũ est ꝓthomartyr. Si caput auferre auferat: habeo iohẽꝫ baptistã. Si facultates arripe arripiat: nudus exiui de ventre matris mee ⁊ nudus reuertar. Hortat̄ me apl's dicẽs. Personã hois deꝰ nõ accipit: sꝫ si hoibꝰ placerẽ xp̄i seruꝰ nõ eẽm. Armat me dauid inq̃ẽs. Loq̄bar in ꝯspctu regũ ⁊ nõ cõfundebar. Multa aduersuꝫ me ꝯfinxerũt dicẽtes me in cõionẽ q̄sdã accepisse postq̃ iã comedissent. Qd' si q̄dẽ a me factũ ẽ: deleat̄ nomẽ meũ de libro aploꝝ: neq̃ scribat̄ i libro fidei orthodoxe. Nã si hmõi q̄ppiã a me factũ sit eijceret me xp̄s de regno suo. Si vero maxie hec dicẽtes ꝯtendũt: cõdẽnẽt ⁊ paulũ q̄ cena facta integrã domũ baptizauit: ꝯdẽnẽt ⁊ ip̄m xp̄m q̄ postq̃ cenasset aplis cõionẽ dedit: dicũt me cũ muliere iacuisse nudate corpus meũ ⁊ inuenietis mẽbroꝝ meoꝝ mortificationẽ. Uerũ hec oia liuore impulsi fecerũt. Tu autem valde cõtristaris ciriace frater propterea ꝙ hi quibꝰ auctoribus in exiliũ pulsi sumus summa fiducia ꝑ forum ambulant stipati satellitũ turba. Uerũ ⁊ tu rursus diuitẽ ⁊ lazaruꝫ memoria repete: vtri eoꝝ in presenti seculo afflictionis vtri gaudia cõtingent. Quid illi nocuit pauptas nunq̄d velut athleta ⁊ victor in sinu abrahe deportatus est. Quid aũt illi ꝓfuere diuitie in purpura ⁊ bysso supbienti vbi lictores: vbi satellites: vbi in aureis frenis equi: vbi parasiti ⁊ regalis mensa? Nunq̄d tãq̃ latro ducebat̄ ad monumentũ nudã aiam de mundo efferens ⁊ exclamat inani voce. Pater abrahã mitte lazarũ vt irriget extremũ digiti ⁊ refrigeret mihi linguã. Uror em̄ vehementer. Quid patrẽ vocas abraham cuiꝰ vitam non es imitatus. Ille domus ve cũctis hominibꝰ hospiciũ prebuit: tu aũt nullius

paupis vnq̄ꝫ curā egisti. Non ē q lugeamꝰ aut defleamꝰ. Naꝫ qui tantarū erat diuitiarū dn̄s: aque gutta dignus nō fuit. Cū participē micarū nō faceret paupe rem: guttā aque nō recepit. In hyeme nō seminauit misericordiā venit estas et nō messuit. Et hec dn̄i est dispensatio qui ex aduerso statuit ꝑditionē impiis ⁊ iu stis retributionē: vt sese respiciāt ⁊ inuicē cognoscant. Tūc etenīꝫ q̄libet martyr ꝓpriū tyrannū cognoscet: ⁊ tyrannꝰ ꝓpriū martyrē quē afflixit: ſ nequaq̄ꝫ hec mea verba sunt. Tu audi sapientiā dicentē. Tūc in multa fiducia stabit iustus in con spectu tribulātiū se. Quēadmodū eīm viator in estu ꝑambulās sitiq̄ꝫ ardēs si lim pidissimū inuenerit fontē: ⁊ multa correptus fame si ad mēsam omnibꝰ repletaꝫ cibariis ꝯsederit: ꝓhibeat aūt a potētiore aliquo mensam attingere aut cibis ve sci torq̄bit vehemēti animi dolore: ⁊ affliget q̄m iuxta fontē cōsederit aque vsus neget. Sic in die iudicii videbūt impii exultātes sanctos: a regalis aūt mēse frui tione acerbunt ⁊ bona tm̄modo videntes eoꝝ vsu carebūt. Etenī cū vellet deus vlcisci adam: fecit e regione paradisi terrā: vt ꝑ singulas horas ad illaꝫ respiciens optatā regionē vnde exierat animi dolore torqueret. Sic ⁊ nos hic inuicē nō con gredimur: illic eīm nullus nos a mutua cōuersatione ꝓhibebit. Videbimꝰ autē il los qui nos in exiliū dederūt quēadmodū lazarus diuitē ⁊ martyres tyrānos su os. Ne igit desperaueris sed recordare ꝓphete dicētis: subsannationē hominum ne timueritis ⁊ eoꝝ contēptu ne vincamini. Sicut eīm lana a tinea sic corrodent ⁊ tāq̄ꝫ vestis inueterascent. Animaduerte aūt ⁊ ipsum dn̄m quēadmoduꝫ statim ab incunabulis ꝑsecutionē patit: ⁊ in barbarā terrā eiicit is qui mundū cōtinet: exē plū nobis factus ne moleste aduersa feramꝰ. Memoria repete saluatoris passio nē quāta obprobria ꝓpter nos sustinuit. Quidā eīm eū samaritanū vocabāt: qui dā vo demoniacū ⁊ gulosum ⁊ pseudo ꝓphetā. Dicūt eīm. Ecce homo edax ⁊ vini potator ⁊ qui in principe demonioꝝ demonia eiicit. Quid aūt cū eum ad patibu lum ducerent. Quid etiā cū aceto ⁊ felle potarēt eum. Quid cū caput eius arun dine ꝑcuterent. Quid insup cū clamidē induerēt ⁊ spinis eū coronarēt ⁊ ꝓciden tes eū illuderēt: oēmq̄ꝫ in illū cōtumelie speciē exercētes. Cūq̄ꝫ circūducerēt illuꝫ sanguinarii illi canes: tūc cū nudus ad passionis locū cōduceret. Cūq̄ꝫ illum oēs deseruissent discipuli: ⁊ vnus quidē ipm negauit: alius vo euꝫ ꝓdidit: ceteri fuga sese occultarēt: ⁊ solus stetit in medio turbe illius: dies eīm festus tūc oēs congre gauerat. tāq̄ꝫ maleficū in medio sceleratoꝝ eū crucifixerūt. Cūq̄ꝫ insepultus pen deret. non ante eum a cruce deposuerūt q̄ꝫ ipm quidā expetiit: q̄m sepultura cum ceteris dignꝰ nō videbat: cū tamen nullā in eū culpā adinuenissent. Et dixerunt q nō resurrexit sed furati sunt eū discipuli eius. Recordare rursus ⁊ aplo̅s quē admodum omnibꝰ ex locis ꝑsecutiones patiebant absconde bantq̄ꝫ ꝑ ciuitates cū nō possent in publicū prodire quēadmodū petrus apud simonē coriariū latuit ⁊ paulus apud venditricē purpure mulierē. Nec eīm diuitibus fidebāt. Postmo dum aūt omnia plana facta sunt eis. Tu quoq̄ꝫ non tristeris. Audiui eīm ⁊ ego de illo delirante nectario: quē constituit imperatrix in throno q fratres ⁊ virgines afflixit: qui cōicare secū noluerint: multi etiā eoꝝ ꝓpter me in carcere mortui sunt Etenī sub specie ouis lupus ille figurā ostendit epi. Mecbus aūt existit. Sicut eīm mulier adultera est que viuente marito alteri iūgit: sic ⁊ ipe adulter est nō car nis sed spūs: viuente me ecclesie mee thronū inuasit. Hec eīm tibi scripsi a syracu so cecilie vbi nos regina mandauit exulare. Multe vo tribulationes in via no bis acciderūt: at nos nullius curā fecimꝰ. Cū aūt venissemus in regionē capado cū ⁊ in thauro ceciliā: coree mq̄ꝫ nobis obuie fuerūt patrū sanctoꝝ viroꝝ: nec so lū hi sed ⁊ multitudines monachoꝝ ⁊ virginū imortales lacrimarū fontes effu dentiū. Flebant cū viderent nos exiliū abeuntes dicebātq̄ꝫ secū vtilius solis ra dios obscurari q̄ꝫ a Johannis ore silentiū agi. Hec me perturbauerūt ⁊ afflixerūt cū viderem omnes flentes circa me qui cetera omnia paruifeceram. Valde autē benigne nos suscepit epūs ciuitatis huius multāq̄ꝫ in nos charitatē ostendit vt

etiam si possibile eēt thronū suū nobis ɔcessisset nisi nos lege teneremur. Obsecro ꝛ tua genua tangēdo obtestor abiice huius mesticie luctum ꝑ nobis memoriā habēs ad deū. Ut h nobis scribas obsecramꝰ.

## Epistola.cccvij.

Preconizat scripture ornatū.

Eneas cardinalis seneñ. Pogio florētino. S.p.d. Rure datas pogi amantissime lr̄as tuas accepimꝰ q̄ nobis ꝛ iocūditati ꝛ voluptati fuerūt. Neqꝫ enim est aliꝰquisq̄ hoīum cuius scripta libentius q̄ᷓ tua legamꝰ. Est enim in eis ꝛ dicendi ornatus ꝛ sine quo sacrificiū veteres fieri noluerūt debiti salis cōdimētū. Gaudemꝰ te bñ valere. Et inť rusticādū philosophari. Utinā ꝛ nos par vita teneret. Sūt q̄ egreferūt inter rusticos vitā agere ex q̄bus nihil queāt discere. Nobis aūt molestū est inť eos versari quos nihil docere possumꝰ. Tedet semper discere ꝛ mgr̄i voces oībus horis auribꝰ inculcari nr̄is. Or si alterū eligenduꝫ est: auditores libentiꝰ q̄ᷓ doctores feremꝰ. Nā si pueris molestū ē sp̄ audire: q̄d senes agāt. Poeta insignis in opis sui initio. Semp ego inq̄t auditor tm̄ nūq̄ᷓ ne reponā vexatus toties rauci theseide codri. Multi sunt hodie ꝛ codri ꝛ trasones quos audire inuite cogimur ꝛ nihil discētes discere. Nos igiť te felicē dicimus q̄ apud eos euū traducis q̄ te plane sapientē fatenť ꝛ audiūt ꝑcupide. Quis alio i loco fueris idē tibi accidat necesse ē: cuiꝰ etiā apud patres nr̄os nomē laudatissimū fuit. Ad oblationes tuas nihil mō respōdemꝰ. Cū priorībꝰ lr̄is ꝛ quo te loco habeamꝰ ꝛ q̄les erga te sumꝰ abunde a nobis scriptū fuerit. Credimꝰ te arbitrari nos ꝛ tibi ꝛ tuis eē deditissimos q̄ si eo es aīo nihil falleris. Nos oīa de te nobis ꝑsuademus. Uale ex vrbe. xv. kl'. decēbris. Anno dñi. M.cccclvij.

## Epistola.cccviij.

Refert nouitates italie.

Eneas cardinalis seneñ. Johāni cardinali sc̄i angeli. S.p.d. Ex buda iteꝝ lr̄as tuas accepi pater colēdissime. Ex quibꝰ vidi a nō cōperto cōuentu australes reges dignationē tuā cū iaurinū venisset retrocessisse. Nō est mihi dubiū quodcūq̄ᷓ facis optimo ɔsilio fieri. Turbines illarū partiū nōdū esse sedatos: ꝛ publica ꝛ priuata causa moleste fero. Sꝫ nouit deus (sine cuius nutu nihil agiť) quid rei xp̄iane expediat qd̄ redeas in germaniā pragāq̄ᷓ petes ꝛ ꝓbo ꝛ laudo. Qd̄ times in re bohemica: credito nihil ego temptabo: sileo ꝛ silebo q̄ᷓdiu volueris nō tm̄ adulabor. Nō sum in opinione tua vt scandalizari teutonicos illa ire putem. Sꝫ q̄ᷓuis mihi nō ꝑsuadeas. Nō tm̄ plus mihi q̄ᷓ tibi credo. Cedo ꝛ captiuo ingeniū meū: ꝛ vbi nō est rō auctoritati cōsentio. Illud tm̄ vaticinor. Nūq̄ᷓ vel tua dignatio vel mea paruitas bohemiā ex integro apostolice sedi vnitā videbit. Atq̄ᷓ ego vtinā fallax sim vates ꝛ inueniar in hac ꝓphetia ignauus. De rebꝰ nr̄is nihil est qd̄ scribā memoratu dignū. Ursini cū comite euerso sicut heri ꝛ nudiustercius bello sese agitant. Cōcordia sepe q̄sita nūq̄ᷓ inuēta ē. Cardinalis cisfamilie abest neq̄ᷓ se turū rome arbitrať. Ap̄lica pietas eo ē vultu q̄ fuit dū abijsti. Prefectus vrbis e grauissima febre cōualuit. Piccininꝰ e regno neapolitano cuꝫ copijs suis in agrū picenū ꝑfectꝰ sigismundo malateste bellū intulit: castellaq̄ᷓ nō nulla ei ademit. Genuēses a regis classe admodū opprimunť. Legatꝰ marchie in dies expectať cancellariā intraturus. Que scribā non habeo plura. Cōmēdo me reuerēdissime dignationi tue rogās vt si regē bungarie adeas. Apud eū cām ecclesie mee varinieñ. adiuues. Nā is cū rege polonie plurimū pōt.

## Epistola.cccix.

Refert grates de rescriptis materiā scribēdi querens.

Pogius florētinus Enee cardinali seneñ. S.p.d. Cū quererē aliquod epistole argumentū pater ꝛ dñe mi reuerēdissime nihil sane occurrebat quod aut mea scribere aut tua scire maxime interesset. Et tm̄ cū scribere cupia in recurrā ad illud qd̄ teipsum credere arbitror: me penitꝰ tuū eē tibiq̄ᷓ satisfaciendi cupidū: si qua in re mea tibi cura studio ope diligētia opꝰ eēt: q̄ᷓuis hec mea polli

citatio inanis esse videꝛ cũ rure habitẽ vbi nec mihi quidẽ video satisfacere pos-
se: nedũ aliis meã operã polliceri. Recessi iã dudũ cũ familia ab vrbe: declinandi
morbi grã. Ubi suffultus libris inter hos rusticos aliquid mihi sapere videor: le-
gens tamen sepiꝰ mitigo solitudinẽ que hoc tpe videꝛ eẽ salubris: sed legendo as-
sequor vt minime videar eẽ solus sed in pstantissimoꝝ viroꝝ cetu quoꝝ vocibꝰ
melior fio: ⁊ ab inani appetitu remotior. Uerũ qd in primis scribi oportuit: postre
mũ erit. Ago tibi gratias quãtas possũ maximas ꝓ lrĩs qbꝰ mee eple tã elegant
tã humaniter tã amice respõdisti atq adeo suauiꝛ ⁊ beniuole vt ne filio quidẽ pa-
rens aliqs tanta charitate ac beniuolentia scribere potuisset. Hec scripsi paucis
tecũ loquẽdi materiã qrẽs. Ne forte mea taciturnitate antiq erga me beniuolen-
tie obliuiscari. Uale diu ⁊ felix ⁊ me vt soles ama. Die tercia. Nouẽbris rure.

Cõqueriꝛ de odio cãcellarii impialis ⁊
petit ꝓmotiones ꝑ cãcellariũ austrie cõmitti.

## Epistola. cccx.

Eneas cardinalis seneñ. Friderico impatori. S. p. d. Accepi lrãs a bartho
lomeo canonico varinieñ. ꝓcuratore meo: q scribit mihi se circa negociũ
meũ benignissimũ ⁊ humanissimũ habuisse respõsum. Nam vt retulit sibi
henricus riedrer: tua maiestas litteras requisitas ad serenissimũ regem polonie
mei causa scribi iussit. Fecit tua clementia vt consueuit erga me seruulũ suũ cuiꝰ
auxilio atq fauore ad cardinalatũ eleuatus sum. Sed seruauit etiã suam in me
consuetudinem cancellarius vlricus qui rogatus ⁊ interpellatus multis vicibꝰ
quas iussus erat litteras expedire contempsit. Expectauit procurator meus sex
diebus ⁊ tandem sine litteris tue maiestatis recessit. Ob quã rẽ negociũ meũ ma
gnũ patieꝛ detrimentũ cũ videbor tuo fauore priuatus. Nescio cur me ille adeo
ꝑsequaꝛ. Nã si ego illã ecclesiã nõ obtinuero nõ talis ẽ aliquis amicus suus eam
adipisceꝛ. Supplico igiꝛ vt tua clementia ꝑ aliã cãcellariã lrãs requisitas expedi
ri iubeat. Et deinceps si quid occurrat mea causa scribendũ: in cãcellaria austrie
digneꝛ mansuetudo tua id cõmittere expediendũ. Nam ego vlrici grãm inuenire
non possum nescio sua an mea culpa. Ego bis diebꝰ suum cõsanguineũ apud põ-
tificẽ maximũ adiuui ⁊ cũ illi deesset pecunia in domo mea alui donec expediretꝛ
Deus sibi meliorẽ mentẽ pbeat. Noua istarũ partiũ hec sũt. Ursini ⁊ comes euer
sius adhuc bello se vexant. Comes iacobus piccininꝰ sigismundũ malatestã ar-
mis lacessit. Rex aragonũ genuẽses classe premit: ⁊ in riparia genue plura oppi-
da vi ⁊ tractatu cepit. Papa sospes est ⁊ in rem cõtra thurcũ feruentior indies as
surgit. Ex oriente certũ est nunciũ allatũ thurcos apud mitelenã bello victos fu-
gatosq eẽ. Alia nõ occurrũt. Facio me cõmẽdatũ sublimitati tue ad eiꝰ semꝑ mã
data paratũ. Ex vrbe. xxii. decembris. Anno. cccclvii.

Excusatoria ꝙ ꝑpositurã nõ impetrauerit.

## Epistola. cccxi.

Eneas cardinalis senensis Johi nihili. S. p. d. Accepimꝰ lrãs tuas quibꝰ
rogas ꝑpositurã brumeñ. tibi impetremꝰ. Uoluissemꝰ nõ ꝑuẽtã amicitiã
tuã. Fecissemꝰ ꝓ te qd nostre vires potuissent. Nã te sincere amamus et
fratris habemꝰ loco. Sed iã circiter menses tres elapsi sunt: ꝙ dñs vicezlaus bo-
hemꝰ: cũ hic eẽt orator dñoꝝ de rosis: eã in nostra ꝑsentia a dño nrõ petiuit ⁊ pa
pa nobis cõmisit vt aduenietẽ tpe sibi ad mẽtẽ deduceremꝰ. Itaq nõ poteramꝰ
fidẽ non seruare. Heri ea ꝑpositura vicezlao collata est ꝙuis maiestas regia reser
uari illã postulato cuperet. Rogamꝰ igiꝛ vt equo animo feras qd factũ est. Nos
deinceps curabimus pro viribus tue voluntati morẽ gerere: si quid occurrat in
quo possimus tibi adiumento esse. Nã certe anxii sumus ꝓ tua virtute tibi nõ eẽ
ꝓuisum. Si obtineremus varinieñ. ecclesiã ibi aliquid pingue tibi ꝯcederemus.
Sed res longa est atq ꝯplexa. Agimꝰ tibi grãs ꝙ nouitates illarũ partiũ nobis
sepenumero scribis. Idq vt sedulo facias rogamus. Datũ rome. xxii. die nouẽ-
bris. Anno. M. cccclvii.

## Epistola.cccxij.

Arguit̃ de negligentia.

Aeneas cardinalis senen̄. Johī hinderbachio. S.p.d. Accepimꝰ ex litteris bartholomei canonici varinien̄. ꝓcuratoris nr̄i lr̄as in causa nr̄a petitas q̄uis a cesarea maiestate ꝯcessas: nō tn̄ obtentas fuisse: qm̄ cācellariꝰ cas expedire suo modo neglexisset. Ob quā cām bartholomeꝰ q̄uis sex diebus expectasset sine illis recessit. Et lʒ artongus illas ad nouā ciuitatē deferre debuisset nihil tn̄ factū est. Nō miramur de cācellario. Ille eñ erga nos seruat suā ꝯsuetudinē. Sʒ miramur te passuʒ esse res nr̄as in manꝰ illius ꝑuenisse qui nosti: ⁊ nos ⁊ illū. Poteras insuꝑ cū eius ꝓcrastinationē videbas cesarē accedere ⁊ rei nr̄e alio modo cōsulere. Nos hic nullā habemꝰ curam aliā q̄ʒ cesari ⁊ suis morē gerere: et scimus nos id obnoxios facere nec cessabimus vita comite. Equū tn̄ putamꝰ alit̃ nos in curia cesarea tractari. Et cū nō dubitemus ꝑ̄ncipis grām nos hr̄e: nō possumus nō vehemēter admirari rē ita nostrā esse neglectā. Ceterū cū p̄terita reprehendi facilius q̄ʒ corrigi queāt. Rogamꝰ deinceps nō patiaris: quod nos tāgit ad impialem deferri cācellariā ⁊ cū nos hic vestri simus vos illic nō sitis nobis alieni. Si videt̃ aliq̄ via ꝙ adhuc lr̄e mitti ad regē polonie possint: facito ꝙ amico credis eē vtile ⁊ purga morā. Vale ex roma die.xxij.octobris. Anno M.cccclvij.

## Epistola.cccxiij.

Hortat̃ in rebus suis nō ita negligenter agere.

Aeneas cardinalis senensis Vlrico ridrer. S.p.d. Lr̄e cesaree ad regē polonie nostri cā scribende vt ex bartholomeo sumus edocti q̄uis a cesare cōcesse benigne: obtineri nō potuerūt. Nesciīmꝰ an vel vlrici culpa remāsit expeditionē an tua qui homini nobis parū amico expeditionē cōmisisti. Nos certe nō sine grandi dāno frustrati sumꝰ. Si quid a nobis est ꝓpter qđ ita debeamus in curia vr̄a tractari rogamꝰ nos certiores efficias. Etsi peccatū nr̄m est id emēdabimus. Nos certe qui a cesare veniūt sūma eos diligētia ꝓseq̄mur: ac nō solum verbis sed etiā pecunijs adiuuamꝰ. velit deinceps tua amicitia negocia q̄ nos cōcernūt ad aliā deferre cācellariā vbi amicos habemꝰ. Et lr̄as nr̄as cesareo culmini legito. Datū rome.xxij.nouēbris. M.cccclvij.

## Epistola.cccxiiij.

Conqueritur ꝓmotiones suas a cācellario neglectas.

Aeneas cardinalis senen̄. Vlrico epō gurgen̄. S.p.d. Gaudemꝰ de reditu tuo ⁊ ꝙ maluisti magnā pecuniā q̄ʒ corpꝰ negligere. Si potuissemꝰ tibi esse adiumēto id quidē cupide egissemꝰ: neq̄ʒ neglexīmꝰ qđ in nobis fuit q̄uis ꝓfuit nihil. Ita nūc res se hn̄t: neq̄ʒ humana neq̄ʒ diuina iura pōdus habēt. Sed putamꝰ adhuc illū daturū penas q̄ tātū admisit scelus. Nūc qđ scribamꝰ non est aliud nisi qđ tecū cōquerimur nō potuisse nos in curia cesarea lr̄as obtinuisse ad regē polonie cōmēdatiuas. Qđ quidē nō de cesare dicimꝰ nā sua māsuetudo benigne ānuit lr̄as scribi debere. Sʒ cācellaria impedimēto fuit. Cuiꝰ rector ꝓcrastinādo negauit expeditionē ⁊ ꝓcurator nr̄ delusus abijt n̄ sine dāno magno nr̄o: q̄ lr̄as cesareas nob admodū ꝓfuturas arbitramur. Rogamꝰ te vt cesareo culmini exponē vel. Et si q̄s ē ꝓuidēdi modꝰ rei mee ꝯsulito. Ex roma die.xxij.nouēbris.

## Epistola.cccxv.

Etsi se tanta laude indignū sciat mauult laude q̄ʒ vituperio transgredi.

Aeneas car. senen̄. frācisco philelpho. S.p.d. Lr̄as tuas frācisce amātissime ⁊ q̄dē suauissimas accepimꝰ mediolani ad.viij.kl̄.nouēbris scriptas. Cū q̄ʒ his dulce carmē sale cōditum optimo. Priores q̄ʒ nobis reddite fuerāt ⁊ vsus impꝛes ex officina tua ꝓiocūdi tersiq̄ʒ: q̄bꝰ iā pridē respōdimꝰ. Nūc pauca ad noua scripta dicemꝰ. Johēs papa terciꝰ ⁊ vicesimꝰ cū plꝰ equo laudaret̃: scio inq̄t me ludi: ꝗ falsa q̄ʒ laus me delectat. Idē ⁊ nos dixerimꝰ: nō sūt nr̄e q̄s nob attribuis laudes. Scimꝰ q̄ pede claudicamꝰ quē dolemꝰ dentē. Laudari tn̄ falso q̄ʒ vero

vitupari malimꝰ. Tibi gr̃as habemꝰ q̇ nos imortales facis. Librū tuū iam dudū in cathaloniā abijsse putamus. Nihil est qḋ de illo speres. Vacua bibliotheca est ꝑter verbosas leges nihil hꝫ: zenophōtē filiū tuū optimū adolescētē ⁊ tuis imbutū disciplinis i familiā nr̃am recepissemꝰ ⁊ sui ⁊ tui cā libenᷓ si facultates nr̃e tulissent. Sꝫ nō sūt opes nr̃e q̇ lōgū ferāt famuloꝝ ordinē ⁊ curiā splēdidā. Viuimꝰ tenui mēsa ⁊ intᷓ vltios hūi cardinales satꝭ eē putamꝰ. Vale ⁊ nos ꝑge amare: qm̃ id dē id reciprocū sit. Ex vrbe romana. vij. kl̃. decēbris. Anno dn̄i. M. cccclvij.

Cōqueritᷓ ꝓmotoriales lr̃as ꝑ cācellariū neglectas.

## Epistola. cccxvj.

Aeneas cardinalis senen̄. Hērico senftleben. S. p. d. Negligēter factū est q̄ lr̃e impiales nō sūt dite. Ita illi amici sūt nos alitᷓ cū eis agimꝰ. Curandū est ne desint. Fortasse ita placet deo: regi tn̄ sumꝰ obnoxij. Scimꝰ impatorē nō eē in culpa cuius benignitatē expti sumus: vlrici ea malignitas est. Cura experiēde rei tua ē. Qḋcūq꜠ mādatū ꝓcuratorībꝰ nr̄is dederis: id volumꝰ ratū esse. Credimus tn̄ necesse erit paulū eo ꝓficisci: alioq̇n parū speramꝰ cū te huc redriturū audiamꝰ. Alia q̇ mō scribamꝰ n̄ occurrūt: italia ita se hꝫ sicut heri ⁊ nudiustercius. Nepos pape adhuc egrotat ⁊ putatᷓ euasurꝰ. Legatꝰ ex marchia ꝓpediē rediturus expectatᷓ. Vale optīe. Ex vrbe romana die. xxij. nouēbris.

Prepositurā amico impetrauit.

## Epistola. cccxvij.

Aeneas cardinalis senen̄. wenceslao bohemio. S. p. d. Seruauimꝰ qḋ ꝓmisimꝰ ⁊ annuēte deo satisfecimꝰ tue volūtati. Prepositurā brunen̄. ꝯsecutꝰ es ⁊ munē aplico ⁊ nr̄a potissimū solicitudine q̇ iuuāte reuerēdissimo dn̄o rothomagensi cardinalē papien̄. alteri ꝯsulentē vicimꝰ. Tuū nūc est vt possessionē asseq̇ studeas ⁊ ꝓ nobis in ecclia varimien̄. tuas opas impartiaris in q̇ re noue indies difficultates emergūt. Faciūt dn̄i de rosis rē nobis ḡtissimā si hac de cā ad regē polonie te miserint. Vale. Ex vrbe romana. viij. kl̃. decēbris.

Excusat quare nō scripserat.

## Epistola. cccxviij.

Aeneas cardinalis senen̄. Latino cardinali de vrsinis. S. p. d. Quis nō scripsi hactenꝰ p̄nitati tue: nō tn̄ minꝰ illi ⁊ deditꝰ ⁊ affectꝰ fui. Sꝫ cām mee taciturnitatis tua singularis prudētia ꝑ sese optime nouit. Nō sūt ea tpa q̇ missitationes lr̄aꝝ exposcāt. Nec vidi meis lr̄is aliqḋ afferri posse p̄sidiū rebus tuis qḋ si vidissēꝫ etiā cū ꝑiculo scripsissēꝫ. Ita eñ dignatio tua de me merita est. Nūc vo taceo ⁊ simul supos oro vt finē aliq̇n tuis tēpestatibꝰ tribuāt: ⁊ reddant nobis ꝑsonā tuā: q̇ nō sine incōmodo sacrū collegiū caret. Nouitates nullas habeo scribēdas q̄s nō putē dignationi tue notas: nisi forte germanicas: ħ implicitī bello ꝓprio hoies nō solēt externa curare. Hec scripsi ne ꝑpetuū silētiū meū accusares q̄uis scio tuā circūspectionē ita me suū seruitorē amare: vt nihil in sinistrā ꝑtē recipiat. Cōmēdo me iteꝝ atq꜠ iteꝝ paternitati tue ad eiꝰ mādata ꝑatissimuꝫ Ex vrbe die. xxvj. mēsis nouēbris. Anno. M. cccclvij.

Cōsulatᷓ cōquerētibꝰ grauamina vrbis cōtra alamanos

## Epistola. cccxix.

Aeneas cardialis senen̄. Theoderico archiepo colonien̄. S. p. d. Ex lr̄is q̄s mihi q̄sq꜠ scissimo dn̄o nr̄o scripsisti serenitatē tuā erga scām romanā primaq꜠ sedē plane cognoui: neq꜠ ambigo vbi tua dignatio sit: ibi nihil ꝯcludi posse nō iustū sanctūq꜠. Ago gr̃as benignitati tue q̇ palā mihi dignata ē apire qḋ sentit. Veꝝ qꝛ certificatꝰ ē dn̄s nr̄ in ꝯuētionibꝰ q̇ i germania fiūt aliq̇ tractari q̇ hāc sedē cōcernūt. Oro ne tua circūspectio his aures adhibeat q̇ nouitates efficere cupiūt vt vel sic emergāt. Nāq꜠ si romane sedis autoritas deprimeretᷓ credito qꝛ nec tua nec alioꝝ epoꝝ salua manebit. Audito tn̄ que cōsulis vt hic quoq꜠ ea reformentᷓ q̇ odiū tue natiōis pariūt: ⁊ ego si mea vox audietᷓ ad id opaꝫ dabo

Nam ⁊ hic aliqua cōmittunt: que nō laudo oīa. Verū illud salubre puto vt super grauaminibus que vestri allegāt ad romanū pōtificē recursus habeat: qui nō negabit assensū iusta petētibꝰ. Mihi ea cura est vt ea sp agā que natiōi tue de qua quodāmodo vnū me puto ⁊ honori ⁊ vtilitati sint. In rebꝰ aūt q̄ tue ꝓprie sūt ita me habeo ⁊ habebo quoad vixerim tāq̄ mee sint. Scio eñ quātū dignationi tue debeo cuiꝰ hūanitas multis me affecit beneficijs. Ceterū qꝛ ꝑpositura santensis q̄ nūc mihi cōmēdata est in dioceß. ac dominijs tuis sita ē: placeat patētibꝰ lr̄is mādare vt officialibꝰ meis quatinꝰ cōsuetū est absq̄ cōtrouersia pareāt: ita vt gaudeat ea dignitas se mihi cōmissam eē. Et cardinalē senen̄. apud p̄sulē: colonien̄. intelligat nō esse in vltimo loco. Nec alia modo. Cōmēdo me tibi ex romana vrbe quarto nonas decēbrrs. Anno. M.cccclvij.

Petit se cesari cōmendatū fieri ob neglectas litteras ꝓmotoriales.

## Epistola. cccxx.

Neas cardinalis senen̄. Vlrico ep̄o gurgen̄. S. p. d. Susceptis lr̄is tuis vocauimꝰ ad nos e vestigio ꝓcuratorē herfordensiū cū quo plura locuti sumus. Illud ab eo tandē obtinuimꝰ vt in cā illa testamētaria nō ꝓcedatur nobis inscijs. Et putamus eū quieturū iuxta desideriū tuū donec adueniat noster senftleben. Est eñ hic ꝓcurator vir bonꝰ ⁊ infortunio tuo cōpatit. Solū timet ne p̄ncipales sui eū tergiuersari suspicent. Nec alia mō rogamꝰ vt nos maiestati cesaree cōmēdes ⁊ nos in gr̄a eiꝰ retineas qꝛ ip̄e est cui p̄ ceteris q̄ viuūt obligati sumus. Displicet nobis nō habuisse nos illā fortunā vt ꝓ nobis cesarea maiestas regi polonie scripserit in cā varinien̄. eccl̄ie. Fecit hec vetꝰ vlrici ꝯsuetudo q̄ grāz cesaris nobis impediuit. Id nobis est nō dāno solū sed etiā infamie. Nā qui nos annis. xv. seruisse cesari sciūt nostrā paruifaciūt existimationē: cū lr̄as cōmēdaticias ex curia eiꝰ obtinere nequerimꝰ. Deinde rogamꝰ aliter agat nobiscū q̄ dies noctesq̄ cesari seruire ⁊ suis curialibꝰ morē gerere studemꝰ. Vale optime. Ex vrbe romana die sexto decēbris. Anno. M.cccclvij.

Denegatā dispensationē vt in sacris cōstitutus nubat significat.

## Epistola. cccxxj.

Neas cardinalis senen̄. Johāni frunt. S. p. d. Affecerūt nos lr̄e tue non paruo gaudio vir p̄stās ⁊ amice singularis: qn̄ nude scribis ⁊ interna animi tui pādis. Credimꝰ te vti nō insulso ꝯsilio si cū neq̄as ꝯtinere cōiugiū q̄ris q̄uis id prius cogitādū fuerat an̄q̄ initiareris sacris ordinibꝰ. Sꝫ nō sumꝰ dij oēs q̄ futura ꝓspicere valeamꝰ. Qn̄ huc vētū ē vt legi carnis resistere neq̄as meliꝰ est nubere q̄ vri: nō tñ hec pōtificis snīa vt dispēsandū cēseat: stat i sua serenitate: nec putat vni cōcedendū qđ multos in noxiū vertat malū: ⁊ vnū pati pro multꝭ nō incōueniēs arbitrat. Expectādus est g̃ vt tute agas alteriꝰ ap̄latus q̄ mitior sit. Nescimꝰ tñ an vita tādiu comes erit. Nā sepiꝰ agni p̄moriunt ouibꝰ. Tu quā de nobis geris opinionē vt deponas rogamꝰ: neq̄ eñ nos hi sumꝰ q̄s arbitraris. Vtinā ita viuamus ne cardinalatū indigne videamur adepti. Cupimus nos sepe reuerēdissimo p̄ri dn̄o nr̄o coloniensi facias cōmēdatos cuiꝰ vitā diuturnā cupimꝰ ⁊ sue dignatiōi rē gratā facere optamꝰ. Preposito sc̄i florini ⁊ tilmāno vt nos offeras petimꝰ quos inter amicos obseruamꝰ. Nec secꝰ de iohāne polart dicimꝰ. Sumꝰ eñ oībus obligati. Vale ⁊ ꝓcuratores nr̄os vt aliq̄d cōsequamur adiuua. Datū rome die. vij. decēbris. Anno. M.cccclvij.

Cōmittit diligentiā ꝓfectus sui ⁊ indulgētias impetrauit.

## Epistola. cccxxij.

Neas car. senen̄. Johi tolner. S. p. d. Que scribis oia cū voluptate legimus aduertētes q̄ nos aī sinceritate ⁊ amore ꝓseq̄rꝭ. Tua nobis ⁊ fides ⁊ ꝓuidētia magno emolumēto ē. Circa rē ꝑpositure expectamꝰ decanū ꝓcuratorē. Sꝫ ille fortasse iō tardior est qꝛ sperat nouis q̄ cudūt legibꝰ sese magnū fieri. Vtinā magnꝰ sit cū reipublice vtilitate xp̄iane. Intelligimꝰ eccl̄iaꝫ quā nob

ꝓ ꝑpositura dimittere intẽdit domũ hĩe ruinosã quã palatinꝰ comes eccl'ie sũm
ptibꝰ reparari vult. Qđ si forte redditꝰ pluriũ annoꝝ in eã ꝯferant id nobis eẽt one
rosum. Rogamꝰ igit attente ista penses ⁊ cũcta nobis rescribas. Pro eccl'ia col/
legiata impetrauimꝰ septẽ annoꝝ indulgẽtias plures obtinere nequiuimꝰ ⁊ illas
ad .x. annos duraturas. Si volũt expedire poterunt hi quibus ea cura cõmissa ẽ
Nos q̃ possumꝰ cũ honestate ꝓ eccl'ia varinien. efficere volũtarij sumꝰ. Cõmẽda
nos epo ⁊ decano ac iohãni de pakenstein amicis optimis. Et vale in dño semper
Ex roma die .vij. septembris. M.ccccl vij.

## Epistola .cccxxiij.

Notificat animũ de se sentientiũ.

Eneas cardinalis senensis Johãni cardinali sci angeli. S.p.d. Accepi ex
laurino lr̃as tuas. Scripsisti nos hic oĩa bene agere. Putaui id yronice di
ctũ esse: nũc yroniã oẽm abfuisse cõtẽdis. Cedo vincentiq; do manũ. De
re altera bohemica nõ est ꝙ mõ disputemꝰ: libris nõ lr̃is eẽt agenda ⁊ tãdem sua
cuiq; s̃nia remaneret. Vellẽ dignatio tua i germania potiusq; in hũgaria degeret
Idq; putarẽ vtiliꝰ. Res ꝑniciose agitant: q̃ cõtra nos sũt gallicanã appetũt san/
ctionẽ q̃ nobiscũ sentiũt papatũ ex aplica sede reqrũt. Tua prudẽtia multũ vtilis
est ad obuiandũ priusq̃ vulnꝰ infligat. Sũt quidã de hic stantibꝰ q̃ se oĩa vno v̾/
bo modificaturos aiũt si cũ impio ad ptes illas emitterent. Sꝫ ita ẽ humana cõ
ditio ois pluris apud nos ipos q̃ apud alios sumꝰ. Cum v̾ba fiũt de tua ꝓuisione
apud põtificẽ maximũ abũde se sua sanctitas tue dignatiõi necessaria mĩstrare af
firmat. De bñficijs hispanicis scis nõ dubito meã vocẽ eẽ tenuissimã q̃ nec senen
sia impetrare valeo. Noua sũt apud nos sicut heri ⁊ nudiusterciꝰ. Rex aragonũ
classe ingẽti liguribꝰ minat ⁊ tuscos t̃itat. Jacobꝰ piccininꝰ obsidionẽ tenere fer
tur ꝯ ꝑgulã sigismũdi oppidũ. Sꝫ metꝰ est maximꝰ ne sigismũdꝰ ⁊ ipe siml' ꝯueniẽ/
tes iussu regis ꝯ senã ꝓficiscant diuisionibꝰ laborãtẽ. Nã finito octobri nõ ẽ iaco
bus ampliꝰ senẽsibꝰ obligatꝰ. Nec alia mõ. Cõmẽdo me reuerẽdissime ꝑñitati tue
ad eius mãdata paratũ. Ex roma die .ij. nouẽbris. Anno. M.cccclvij.

## Epistola .cccxxiiij.

Excitat ad satagendũ
tpe cõgrue ⁊ instanti.

Eneas cardinalis seneñ. Procopio de rabenstein. S.p.d. Presũptio nr̃a
fortasse est ꝙ tibi in patria inter necessarios int dulces amicos constituto
lr̃as dãtes ab illis te vertere ad scripta nr̃a ꝯfidimꝰ Sꝫ nos sumꝰ etiã ami
ci ⁊ timemꝰ ne int delicias tuas obliuioni demur: ꝙ si p̃sumimꝰ nimis: p̃sũptionẽ
charitas pepit. Tibi certe non erit facultas q̃n viso epigramate nr̃o ad interiora
trãseas ingrẽda. Scis em̃ qꝛ nõ frustra solemꝰ scribere. Sꝫ q̃dẽ dicis magnũ est
Scis quãto labore ꝯclusionẽ i re bohemica deduximꝰ: scis q̃t sint aduersantes ⁊
magni ⁊ rubri capitꝭ. Nũc tẽpꝰ ẽ neruos intẽdas tuos ⁊ opam naues dũ rex apđ
te ẽ: cudito ferrũ dũ calet ⁊ nobis q̃ celerrime scribito q̃ nũq; in facto illo decrimꝰ
Nescimꝰ an cardinalis sci angeli pr̃ optimꝰ ad te vẽturꝰ sit queãdmodũ papa sibi
mãdauit: crederemꝰ dignationẽ tuã vtilẽ eẽ in tãto ꝯuẽtu qđ deꝰ ꝯcedat. Roga/
mus te vt in cã varinieñ. eos fauores nobis p̄beas q̃s speramꝰ. Nã lukoꝛ tibi no/
tus nobis aduersat ⁊ hꝫ fauorẽ regis polonie: italia satis q̃escit. Sꝫ metꝰ maximꝰ
est ne finito mense octobri: rex aragonũ etruriã infestis signis terra mariq; petat
Nam ⁊ classem habet ingentẽ: ⁊ iacobũ piccininũ cũ exercitu misit in marchiã
Deꝰ meliora ꝑmittat. In cã olonunerensi faciemꝰ cõtẽplatione tui quecũq; pote
rimus. Tu aũt deinceps curato vt lr̃e regie ad papã dirigende in causis epalibus
ad nos trãsmittant. Et sic poterimꝰ magis prodesse. Nam cause illis cõmitti so/
lent qui lr̃as regias ꝑñtant. Et ita nũc factũ est cũ dñs papieñ. illas habuisset. Ex
pedit igit post hec cõsiderare qui sint illi quibꝰ lr̃e cõmittunt afferende. Cupimus
vt nos maiestati regie ⁊ magnifico gubernatori sepius cõmendes. Vale optime
Ex roma die .ij. nouembris. Anno. M.cccclvij.

*Hortat̃ vt rex ɔuerset̃ fidẽ bis quos lõga expꝛientia nouit.*

## Epistola.CCCXXV.

Neas cardinalis seneñ. Henrico senftleben. S.p.d. Lr̃e tue.xxvij.septẽbris scripte hodie nobis reddite sũt. Cognouimus rex gestaꝝ apud vos ordinẽ. Omnia placẽt ꝑterꝙ discordia que principes exagitat. Sed post bellũ erit aliquãdo paci locus. Rouarella si cõmẽdauit amicũ nõ miramur. ambo gallizant: ardet homo incredibili desiderio: vt theutonicus videat̃ ⁊ theutonicẽ rector. Rex si sapiat his vtet̃ cũ quibus salis comedit modiũ. Cardinalẽ sci angeli probatissimũ patrẽ cupimus albaniã reuisere ⁊ consulere rebus agendis: mitto sibi litteras apostolicas super facto variniẽ. ecclesie in fauorẽ nostrum et contra lutikonẽ curato vt sibi q̃ꝫcelerrime tradant̃: ne nostri procuratores impediant̃ circa possessionẽ si q̃s ꝑ mendacia regẽ detineret: scribẽdo ꝙ papa spez daret pro lutikone: cõmẽdamus tibi paulũ legendorff vt iuues eũ in adipiscẽda possessione decanatꝰ glogouie maioris quã sibi cõferri fecimꝰ: bonus vir est ⁊ omni fauore dignꝰ. Si placuisset tibi olomũzeñ. ecclesia. idq̃ꝫ tuis lr̃is intellexissemꝰ omisissemus ad honorẽ tuũ ꝓcurandũ sed visum est reuerentiã tuã non habere in ea re animũ: ideo supsedimus ne credentes placere displiceremus. Hic non sunt noua memoratu digna nisi ꝙ piccininus iam est in marchia ⁊ obsidet locũ cui nomẽ est ꝑgula Sigismũdi malateste. Prefectus vrbis egrotat sed cõualitu rus creditur. Vale optime. Ex vrbe romana die.ij.nouẽbris. Anno.M.cccclvij.

*De eodẽ ⁊ petit regis nuptias eẽ faustas.*

## Epistola.CCCXXVI.

Neas cardinalis seneñ. Johanni rhode secretario regio. S.p.d. Facis ꝓbe ꝙ ad nos sepe scribis. Ostẽdis em̃ te nostri amicũ: ⁊ voluptate nos afficis ornatissimo dicẽdi genere regiã maiestatẽ nihil credimus nõ iuste non prudenter agere. Tum q̃ꝛ sua natura in bonũ fert̃. Tum quia stipatus est cõsiliarijs optimis. Cupimus eius nuptias faustas esse ⁊ orbi futuras quales sperant̃ Cõmendasse rouarellam in suo recessu hominẽ de quo scribis nihil miramur ambo parisius studuere: ambo gallizãt. sed maior ille rectorẽ se germanie ⁊ patrem regis videri vult. Regia ṽo maiestas si more patrio vtet̃ illis se credet quibus cũ salis modium edidit ⁊ amicitias veteres preponet nouis. Gaudemus te cõsecutum esse beneficiũ ⁊ iam deniq̃ꝫ obligatum ecclesie: videbimus te ꝓculdubio magnũ si vixerimꝰ. Es em̃ apud eũ regem qui tue ṽtuti debita nõ denegabit premia: tm̃ perge vt cepisti ⁊ ab optimo regis latere nũq̃ꝫ discedito. Cuiꝰsi nos aliquando cõmẽdaueris facies: qḋ de tua erga nos charitate nõ dubitamꝰ. Datũ die.iij.nouembris: Anno.M.cccclvij.

*Cõmẽdat se foueri in causa variniẽ. ep̃atus.*

## Epistola.CCCXXVII.

velisqꝫ doctrine tue nomē i defendēda romāe ecclie auctoritate potiꝰ q̄ impugnā
da claꝝ facē. sic eñ ⁊ mogūtine ecclie recte cōsules: ⁊ tibi ⁊ tuis amicis vtilitates
crescēt ⁊ accumulabūt honores: Datū rome. xij. kl'. octobris. Anno. M.cccclvij.

Destinat legatꝰ apostolicꝰ
ad nuptias ladislai regis.

**Epistola. cccliij.**

Calixtus eps seruus seruorum dei. Dilecto Iohanni filio cardinali sancti
angeli. S. ⁊. a. b. Ex litteris que de partibus austrie ad curiam nostram in-
dies deferunt: intelligimus dilectionem tuam cū littere ille scriberent ad-
huc fuisse in hungaria: de qua re plurimū admirati sumus: cū iam pridem tibi scri
psimus vt ad partes alemanie te conferres: eam discordiā pro tua facultate seda
turum: que inter charissimos filios nostros fredericum romanoꝝ imperatorem:
⁊ ladislaum hungarie ⁊ bohemie regem versat: que quantū periculosa sit ⁊ quā-
tū reipublice christiane damnosa pro tua singulari prudentia nō ignoras. Nesci-
mus que te res tamdiu retardauerit: cum non lateat non minꝰ vtile fore dictos
principes adinuicem reconciliare qꝫ thurcoꝝ perniciosis obuiare conatibus. Si
quidem noxiora multū sunt intestina bella qꝫ externa: ⁊ frustra his qui foris sunt
resistimus si aliȷ̄s qui intus sunt vulneramur. Itaqꝫ voluissemus te qꝫ primū re-
cepisti litteras nostras ad impatorē ⁊ regē p̄fatos iter arripuisse. quod quidē fuis-
set nostro iudicio expeditissimū. Verū cum nouissime nobis relatū sit dictum hū
garie ac bohemie regem circa festum sancti martini proxime futurū decreuisse bo-
hemiā petere: vt sibi sponsam suam charissimi filiȷ̄ nostri karoli regis francie na-
tam cōduci faciat: ⁊ cū eadē ibidem solēnes nuptias celebret: pro qua iam fertur
oratores misisse. Cōmittimus tibi ⁊ harū serie mandamꝰ: vt omnibus aliȷ̄s post
habitis ad ipsum regem qꝫ celerrime te cōferas: eiusqꝫ nuptias tam sui qꝫ dicti re-
gis francie cōsideratione nr̄o ⁊ apostolice sedis noie vt dignū est tua p̄sentia ho-
nores. Erūt eñ vt fama est he nuptie plurimū excellentes ac magnifice tā respe-
ctu psonarū inuicē cōtrahentiū qꝫ principū q̄ cōuenturi eo dicunt: cū nō solū di-
lecti filiȷ̄ nobiles viri bauarie ⁊ saxonie: duces marchionesqꝫ brandeburgeñ. cum
cōiugibus. Etiā charissimus filius noster casimirus rex polonie: simulqꝫ consors
eius regina earūdem nuptiarū celebrationi afferant interfuturi. Consideramus
autem ꝙ in tantorum conuentu principum multa tractabunt: in quibus erit tua
presentia nedum vtilis sed etiam necessaria: per quos religio nostra contra thur-
corum impetus defendat commode tractare. Et cum sint ibi nōnulli male de fi-
de catholica sentientes eorum malitia ne quid in tanta cōgregatione nocere pos-
sit oportune obuiabis. Quibus ex rebus necesse est vt eidē cōgregationi prorsus
interesse cures: ⁊ ita nos dilectioni tue iterum atqꝫ iterum cōmittimus ⁊ mānda-
mus: responsum tuuz super his qꝫ celerrimū expectantes: Datū rome die prima
octobris. Per eueam dictata.

Hortatꝛ legatū ꝙ celeriter
nuptias regis adire.

## Epistola.cccliiij.

Eneas cardinalis senensis Iohāni cardinali sancti angeli. S.p.d. Cogno
sces ex litteris sanctissimi domini nostri ꝙ necessaria sit pñsentia tua in nu-
ptijs, quas serenissimus rex hungarie celebraturus est in praga. Ob quā
rem ꝙuis nō puto necessariū dignationē tuā adhortari vt ꝙ celerrime eo se con
ferat: quia tamē eius rei vtilitatē nō solū animo ꝑcipio sed manibꝰ quodāmodo
vt ita loquar palpare videor: nō possum facere quin tāꝙ seruitor ⁊ filius tuus ea
scribā que honorē tuū cōcernere aiaduerto. Sane ꝙuis pietas dñi nostri id iudi
ciū de tua dignatione faciat. quod de viro prudētissimo ⁊ optimo habendum est:
ꝙuisque oīa que ꝑ te facta sunt miro modo cōmendet. Illud tamē plurimū admi-
ratꝛ ꝙ dissidentibus inter se serenissimis principibꝰ romanoꝝ imꝑatore ⁊ hunga-
rie rege nō statim te ad sedandas coꝝ discordias sepositis alijs negocijs ꝓpara-
uisti. cū certū sit illis inter se cōtendētibꝰ nō solū nobilē illā austrie ꝓuinciā ꝯtur-
bari: sed etiā thurcis viā preberi qua facilꝰ ad xpianitatis inuasionē ꝓrūpere pos
sint. Videtꝛ igitꝛ mihi admodū expediens ꝙ tua dignitas ad pñfatas nuptias iter
suū acceleret. que vt extimatꝛ mēse ianuario aut tardius februario celebrabuntꝛ:
Erit conuētus ille celeberrimꝰ in quo duo reges ⁊ tot principes cōparebunt. Nō
dubito quin magna ibi tractentꝛ: ⁊ vt arbitror quin principaliter agitabuntꝛ in eo
loco negocia. nāque cū lites imꝑatoris ⁊ regis nōdum composite sint: erit cura illo
rū principum in primis illas sedare. Inter polonie regem ⁊ fratres sancte marie
teuthonicoꝝ agetꝛ de concordia. Bohemi de suis articulis curiosi erunt. Illi qui
sunt in rheno ⁊ res nouas cōtra sedē apostolicā practicare nituntꝛ nō omittent ꝑ
oratores suos ex conuentu aliquid attentare. Postremo etiā de defensione fidei
contra thurcos vt mea fert opinio inter tantos proceres sermo fiet. Magna sūt
hec ⁊ ꝑfecto tuā presentiā merito exigūt. Itaque tāꝙ seruitor tuus suadeo ne quo
pacto ei congregationi absis: quod esset ⁊ inhonestū ⁊ incōmodū aplice sedi. ꝙ si
interfueris cōplacebis ꝓculdubio non solum regi hungarie: sed etiā regi francie
cuius filie nuptias honorabis: obuiabis malis que per nonnullos ꝓcurantꝛ. Et
multa bona opera ꝓcurare poteris tam ꝓ pace xpianoꝝ ꝙ ꝓ defensione fidei ꝯ
inimicos crucis xpi. Piumque sanctissimi dñi nostri desideriū hoc potissimum mo
do adimplebis. Et rem facies tua virtute dignā. Duabusque maximis nationibꝰ
gallice ⁊ germanie simulque duobus maximis principibus hoc est imꝑatori ⁊ pa-
truelis sui: ⁊ regi francie in filie sue honoratione rem gratā faciēs demulcebis ca-
pita. Datū rome die prima octobris. Anno dñi. M.cccclvij.

Scribit se bene valere nec
superfluis curis angi velle.

## Epistola.ccclv.

Eneas cardinalis seneñ. Petro noxitano. S.p.d. Si nō scribimus ad te se
pius id facit negocioꝝ multitudo quibꝰ destinamur: simulque tua humani-
tas qua nō veremur abuti. Extant apud nos scripta tua quibus satis esse
dicis si quater tibi scribamus in anno. Hoc nos pigros reddidit: dabimus ⁊ sex
⁊ octo eplās in annos singulos amicitie tue: nunc hec prima sit anni huius q̄ nos
bene valere ⁊ animo ⁊ corpore intelligas ꝙuis multa indies emergunt que con-
turbare cuiusuis hoīs mentē queant: sed nolumus affligere cor nostrum quādo
nihil est quod mesticia nostra reipublice prosit. Faciemus quod nostris subest
viribꝰ reliquū deo relinquimꝰ: cuius est ⁊ nos perdere si velit: ⁊ saluare hanc ipsam
mūdi machinā quā de nō esse in esse ꝓduxit: cū dubiū nō est ei curā esse operum
que sue fecerunt manus. Hec tibi pauca scripsisse voluimus rogantes vt tu q̄ȝ le
to animo id vite traducas quod suꝑest. Optamꝰ te aliqñ visere atque amplecti. Be
ne vale. Ex vrbe romana octobris.

Negat se altiorē gradū ambire
⁊ collaudat poetice metrificantē

## Epistola.cccclvj.

Neas cardinalis seneñ. Francisco philelpho militi ⁊ poete. S.p.d. Car-
men tuū insignis eques ⁊ optime poetarū accepim⁹ simulqꝫ lr̄as maturo
scriptas eloquio. Fuerūt vtraqꝫ iocūda ab amico missa ⁊ cōdita salib⁹. In
carmine plus aliquid est q̄ nobis cōueniat: nūq̄ id somniauim⁹ qđ tibi de nobis
polliceris: neqꝫ grandia hec sine p̄sagio vel fatū vel somnioꝝ solent euenire. nr̄a
sors maior est virtute nostra: stulti sumus si volare altius ambigiam⁹. Sed inest
tuis versibus incredibilis suauitas que nos etiā adulando delectauit. Quod que
ris de pararellis plutarci: vanū est perierūt oia. nemo ē qui de his loqui norit nau
fragiū passe sunt littere: ⁊ quidē apud rhoduz vbi neqꝫ reliquias relegere nautas
licet. Tu si more tuo sapias amisso libro nō adijcies vt aim crucies. Apud reuerē
dissimū cardinalē de colūna vidim⁹ ⁊ legim⁹ forsiadam tuū: opus tersuz ⁊ dignū
quod priscis poematibus annumeref. Et tu francisci ducis gestas res decantare
dignus eras: vt illius virtuti tua musa debebaf. Si tamē dignis ille te premijs p̄
sequitur ⁊ egere vetat. si secus hortamur fistule vt cerā amoueas: nam magis illi
tua taciturnitas q̄ sibi tenacitas detrimentū prestabit. Uale ⁊ nos ama vt soles.
Ex vrbe die.xxv.octobris.

Mestus ex morte amici
consolaf his medijs.

## Epistola.cccclvij.

Neas cardinalis seneñ. Iohi cāpisio ep̄o placentino. S.p.d. Si nō scribi-
mus sepe dignationi tue das veniā nō ambigimus. nā ⁊ nos vegio poete
ignoscim⁹ q̄uis nunq̄ nos adierit nec nobis quicq̄ scripserit postq̄ car-
dinalatū suscepimus. Sumus memores legis nostre quādo cōmēdas nobis ali-
quos huc venientes: ⁊ si nō respondemus operas tamē nostras illis offerimus:
estqꝫ nobis iocundissimū litteras tuas legere ⁊ illas audire que a te venientes bo
nam valitudinē tuā nobis enunciant. Cupimus te aliquādo hic videre etsi parū
spei super aduentu tuo habemus qñ iam sedem elegisti ⁊ vite simul ⁊ morti. Nos
modo quod scribam⁹ nō habemus nisi obijsse stephanū catiā nouarieñ. cōmunē
amicū: quo cū magna pars amicitie a nobis abijt. Afficit nos incredibili merore
suus obitus: illud tamē cōsolationi nobis fuit q̄ fortē eū in transitu cognouimus
nūq̄ eīm eiulauit: nūq̄ verbū admisit nō xp̄iano nā sapiēte viro dignū ecclesiasti
cis sacramētis deuotissima mente susceptis ad extremū vsqꝫ anhelitū intellectū
⁊ verba prudentis hominis retinuit. Sepultus est apud hospitale sancte marie
teuthonicoꝝ die.xj.huius mensis. Uale optime ⁊ amici aiam in orationib⁹ tuis
recōmendatā habe. Datū rome.xx.octobris. Anno. M.cccclvij.

## Epistola.cccclviij.

Mortē amici denunciat.

Neas cardinalis seneñ. scene. Salutē plurimā dicit. Stephanus noster
catia nouariensis. communis amicus animaz creatori reddidit. Hec scri-
bimus vt non doleas amici obitum qui more christiano ⁊ vt sapientem
decuit ordinatis rebus suis ex hac luce migrauit. sed vt congaudeas illi ad melio
rem vitam profecto: nobisqꝫ compatiaris tali orbatis societate: cogitesqꝫ aliquā-
do de nobis qui hoc in pelago sine velis remisqꝫ nauigamus. ⁊ fluctuantes ab
ipso naufragio non longe absumus. Uellemus hic esses ⁊ rerum nostrarum cur-
sus intuereris. Sed quid querimur ferenda est fortuna quā deus mittit: neqꝫ eīm
dubitandum est quin deo sit cura huius mundi quem sue condidere manus si cu
rat igif quecunqꝫ accidunt aut volente illo aut permittente fiunt. hoc nos conso
latur ⁊ equo iubet animo expectare tempus in quo ⁊ ad stephanū ⁊ ad reliquos
qui nos precesserunt amicos euocemur. De re tua audiuisti que sit pōtificis sen-
tentia: nō est que modo alia queras. deus ipse operā ferat iohāni caimo optimo

viro & amico tuo nostroq; diximus de scutifero nos esse facturos qd tua iuberet amicitia nec mutauim⁹ opinionē: rogam⁹ te principi simulq; nicolao azimboldo nos cōmendes: cuius benignas lras his diebus accepim⁹: nec dubitamus eū ꝑ veteri cōsuetudine nos amare. Vale optime. Ex ro. die. xx. octobris. M. cccclvij.

Pollicet opas suas amico & cōcordatis minime derogare.

## Epistola. ccclix.

Eneas cardinalis senensis Martino mayer. S. p. d. Scribimus tibi non sine fiducia singulari litteras breues. non scimus dare inania verba. Amamus ex corde amicos & his adulari nescimus. Crede optimo corde loquimur: si facultas assit nunq; deerimus votis tuis & id certo certius habe. quia vetus amicitia nostra solida est. In facto ecclesie romane illud tibi dicimus quia nō leditur caput sine membris: nos hic curabimus ne concordatis deroget. Deinceps non credimus nationem vestrā habere causam querele si pacta seruentur. De gratia nostra siue reseruatione scripsimus & nunc repetimus: non est anim⁹ noster vexare quēq; occasione illa nec intēdim⁹ ꝯcordatis per gratias nostras in aliquo derogare. Vale & nos vt soles ama. Ex vrbe die. xx. octobris.

## Epistola. ccclx.

Denūciat desiderijs amici satisfactū.

Eneas cardinalis senensis Theoderico archiepo maguntino. S. p. d. Ex vigando secretario tuo accepimus litteras dignationis tue. Cognitis his que cupiebas mox adiuimus sanctissimum dominum nostrum qui leto animo votis tuis annuit. Nouit sua pietas quo animo queue opera tua dignitas superioribus annis romanam adiuuerit ecclesiam: & vbi occasio detur monstrabit se diligere tuam virtutem. nos autē in quacūq; re poterimus erimus semper & voluntarij & proni desiderijs tuis morem gerere. Datum rome die vicesima octobris.

Pollicet sexingentos florenos amice pro dote aut ingressu religionis.

## Epistola. ccclxi.

Eneas cardinalis senēsis Jacobo picholomeo. S. p. d. Litteris tuis quas de montamia & andrea filijs tuis nepotibus nostris ad nos scripsisti: respōdimus semel & iterum: nescimus an nostra scripta in manus peruenerint tuas. Ideo hec pauca repetimus vt non putes mente nostra excidisse quod illic immobiliter sedet. De mōtamia ob res que geste sunt difficile est rectū ferre consilium. Intelligimus eñ eam monasteriū abhorrere: matrimoniū aūt reperire sua conditione dignū difficile est: nos igitur relinquimus tibi hanc prouinciā vt sibi persuadeas q in rem suā sit prudens. Si essemus pecuniosi: & more quorundā cardinaliū abundaremus: daremus illi & virū & dotem. At cum tenuis sit conditio nostra: volūtatē potestas impedit: vtcūq; sit ex paupertate nostra sexingentos illi aureos spondemus quamcūq; viā ingrediat. Scriptoriā apostolicā andree tuo & si optamus acquirere tamē nō valemus: nemo eñ est qui absq; mille aureis eam consequi potest. Oportet igit illas ingredi vias: nos vbi poterim⁹ non deerimus necessitati tue. Et si deus dabit vt possessionē varinieñ. ecclesie consequi possimus: ita nos geremus vt intelligas nos amantissimi fratris locū tenere. Datum rome vicesima octobris.

Refert mortē amici & se cōmendari orat.

## Epistola. ccclxij.

Eneas cardinalis senensis Latino equiti ciprio. Salutem plurimam dicit. Duabus epistolis tuis gratias nobis egisti super his que tui cause fecimus. Cognoscimus nos nec pro debito: nec pro voluntate satis

fecisse: sed tua benignitas parua pro magnis accipit. Gaudemus obtigisse tibi
desiderium tuum: nam ⁊ tua virtus maiora meretur. Afficiet tibi summus pon-
tifex ⁊ desiderijs tuis vbicu͞q; poterit faciet satis. Amicus tuus ⁊ noster stepha-
nus cacia: cuius sine lachrimis non possumus meminisse creatori deo animā red
didit: rogamus te vt eius nepotes apud illustrissimū ducē cōmendatos habeas
quibus beneficia sua collata sunt. Et nos etiā vnam prepositurā tenuē obtinea-
mus: velis nos principi ⁊ ꝯsorti ei⁹ cōmendare q̄ ad eoꝝ beneplacita semꝑ inue-
niemur attentissimi. Datū rome. xx. die octobris.

## Epistola. ccclxiij.

Cōcordatis ecclie opam dare
promittit ne violentur.

Aeas cardinalis seneñ. iohanni lesure. S. p. d. Amauimus ꝓbitatē tuā
ante promotionem nostrā ⁊ nunc potissime colimus obseruamusq;. In
uenimus em̄ in te ⁊ veritatē ⁊ prudētiā. Credimus plene illud esse scȝ ali-
quos qui vulnerent: vt medendo lucrent̄: ſ nō patiet̄ caput sine dolore dānoq;
mēbroꝝ. Mittimus tibi cū p̄sentibus alphabetū quod optasti: quod signatū re-
cipies: poteris illo vti ⁊ nobis que grauiora erūt significare: habebisq; responsa
ex nobis que res ipse exiget. Decet bonos viros curare ne vnitas ecclesie magno
parta labore iterꝝ scindat̄. De cōcordatoꝝ obseruatione soliciti sumus. damusq;
operā ne violent̄. Amideus pro quo scribis si iuenient̄ fuisse in possessione tēpore
cōcordatoꝝ habebit pacem: idq; dn̄s noster nobis cōmisit inquirere: vale opti-
me ⁊ scribe nobis frequenter. naȝ litteris tuis quasi ꝑsona tua tuemur. Ex roma
xx. octobris.

## Epistola. ccclxiiij.

Excusat se cōtra concordata ecclie fecisse.

Aeas cardinalis senēsis petro knorren doctori. S. p. d. Grate fuerūt no
bis littere tue quibus nouitates germanicas significasti ⁊ dietarum insti-
tutiones. Scimus nos esse tibi charos qui omnia vt amico communicas
Estq; nobis nō parua voluptas te tenere memoriā veteris amicicie: vellem⁹ na-
tionē tuā vti sano consilio ⁊ non repente ad nouitates ꝓrumpere: multo labore
parta est pax ecclesiastica: facile rumpet̄ si volueritis. At erit non nobis solū dā-
nosa sed etiam vobis. Cuȝ volueritis resarcire nō poteritis leuiter. Quod nobis
dicis imputari de reseruationibus ac pensionibus: nescimus quid id sibi velit. ni
si fortasse de vno monasterio prope constantiā quod impetrauit ꝓthonotarius
de lapide: de quo nobis pensio centū florenoꝝ assignata extitit: id ille aiebat pla
cere principi patrie: nec erat contra concordata cum electio ibi canonica non fu
isset. De alia pensione nunq̄ nos intromisimus. De reseruatianibus est veruȝ q̄
habemus bullam pro duobus milibus florenis. Credebamus nationem illam
non egreferre si nos qui in ea nutriti sumus tantū in beneficijs haberemus. Et
nihilominus diximus pape: ⁊ scripsimus archiepiscopis moguntino: treuereñ. ⁊
coloniensi: nos illa bulla nullatenus vti velle: vbi concordatis cum natione ad-
uersaret̄. Itaq; nescimus cur nobis aliquid imputari posset. Cōmendamus tibi
vnionem ecclesie vt facias quemadmodū cousueuisti quia nihil pace melius. Cō
tra prutenos sedes apostolica vsa ē suis armis: restat vt vestris vtamini. Si qua
in re natio ipa grauet̄. potest recurrere ad sedem apostolicā. Credo non spernent̄
preces sue. Fuimus locuti sanctissimo domino nostro de iuramēto tuo. sanctitas
sua viue vocis oraculo nobis dixit q̄ iuramentū illud suspendebat ad effectum
vt posses romane ecclesie vtilius seruire. Et ita poteris affirmare te non esse ob-
noxium iuramento. Age igit̄ vt cōsueuisti: nos semper inuenies paratissimos ad
ea que tibi grata sint ⁊ inclyte nationi vtilia. Cupimus vt nos commissos facias
principi marchioni alberto cuius eximie virtuti omnia debemus. Uale ex roma
die. vij. nouembris.

Captata beniuolentia petit amicũ suo nomine audire

# Epistola.ccclxv.

Meas cardinalis senensis Francisco duci mediolanensi illustri. S.p.d. Quis in curia serenissimi imperatoris ꝛ alijs in locis vbi moram traxi: semper honoris ꝛ glorie tue cupidus fuerim: illisq; pro mea virili consulere studuerim: vt testes sunt magnificus eques scena de curte ꝛ alij quos tua excellentia ad imperialē maiestatē ꝛ romanā curiam aliquādo transmittit: fateor tamen me nunq; aliquid egisse propter quod presumere debeaz gratiā quātūcūq; minimā ex tua mansuetudine deposcere: sed audaciā petenti quā mea nō ꝑstant merita tua liberalitas ꝛ in omnes beneficia concedit: que cū vel ignotis ꝓdesse solet: mihi vt existimo non claudet aures: neq; ego illam implorare auderez nisi me necessitas vrgeret: sed cum vocatus ad cardinalatus honorē eos nō habeam redditus qui huic dignitati cōueniant: cogor ad eos recurrere quos ꝓ sua singulari bonitate mihi bene velle arbitror. Inter quos excellentiā tuā veneror. nam ꝛ amici quos mediolani habeo hec mihi ꝛ litteris ꝛ nūcijs indies cōfirmāt. Quibus ex rebus cōmisi prefato scene integerrimo amico meo: vt aliqua meo nomie mansuetudini tue exponat. Cui precor ꝛ benignas aures impertiri ꝛ preces suas quas vice mea attulerit bono animo exaudire velis: nam ꝛ opus pietatis exercebis ꝛ me seruitorē tuū magis ac magis obligatū habebis. Ex roma quarto nonas decēbris. Anno. M.cccclvij.

Instruit de mente sua apud principē exequenda.

# Epistola.ccclxvj.

Meas cardinalis senensis scene de curte. S.p.d. Raphaelem capinū nobilē adolescentē (quem ad nos misisti) recepim⁹ in familiam nostram: ꝛ tui causa ꝛ sui libenti animo: nam ꝛ nos tibi obnoxij sumus ꝛ in omnibus morem gerere cupimus: ꝛ ipse pre se fert modesti ꝛ prudentis indolem iuuenis. Utinam hi simus qui virtuti sue satisfacere possimus. Quod ꝓmittis te apud illustrissimū ducem ꝓcuraturū nostri causa non est apud nos dubiū: nouim⁹ animū erga nos tuum ꝛ amicū verum te esse nō ambigim⁹. Si bona principis mēs in ea re fuerit tua non deerit opera. Ita nobis ꝑsuasum est. Scribimus excellentie sue litteras quaꝝ exemplaria cū presentib⁹ ad te mittim⁹. Si putas reddendas esse reddito: si minus vtere cōsilio tuo ꝛ rem nr̄am pro tua circūspectiōe curato: nos tantū volum⁹ quantū licet. Pauperes nati sumus ꝛ in hāc vsq; diez viximus tenues: nūc si aucta est dignitas non tamē accreuerūt opes: Confidimus in bonitate sūmi vt qui nos nunq; destituit neq; in cardinalatu deseret: quādo nō hi sumus qui maria mōtesq; cupimus. Satis nobis fuerit nō egere. Quod illustrissimi ducis auxilio futurū cōfidimus ꝛ tua solicitudine. De maxima illa concubina non est quod mirere: lata est romana curia ꝛ omniū rerum capax: boni ꝛ mali apud nos versant̄: hic supbia ꝛ humilitas: hic auaricia ꝛ largitas: hic luxuria ꝛ frigiditas: hic libido ꝛ continentia. hic summa virtus ꝛ summum viciū. Sagena hec est in mari missa omniū genere pisciū plena. Triticū adhuc simul ꝛ palea in area est: ꝛ magna fatuitas ꝛ summa sapientia simul habitant. Quid miruz si opera aliquando preclara efficimus digna laude: aliquando sic agimus vt reprhendi vel a minimis valeamus.

De palatio budeñ. ꝛ aliquid contra basiliense cōciliū.

# Epistola.ccclxvij.

Mbrosius camalduleñ. Reuerēdissimo ac sacratissimo impatori sigismūdo semp augusto fidelitatē ꝛ subiectionē. Habeo gratias ingentes maiestati tue clementissime princeps q̄ priusq; pannonia discedere pulcerrimi ꝛ magnificentissimi omniū quod vnq; viderim spectaculi te esse participem voluisti. Inspeximus sūma cū admiratione precipuoq; stupore edificatū abs te pala

ciū tantaqꝫ occurrunt singulariter miranda vt quod magis mirari quod primū ꝑdicare debemꝰ nō occurreret. Tā multa ad se trahebāt atqꝫ in se rapiebāt obtutū affectūqꝫ nostrū. Deniqꝫ structure moles tā vasta est vt nullam toto orbe maiorē reperire posse arbitremur. Eius oīa mēbra adeo magnifice tādecenter instructa sunt vt ad grām nihil possit accedere: singuleqꝫ vt dictū est partes secum de pulchritudine ⁊ magnificētia certare videntur vt quod primū admiremur non occurrit: nisi ꝙ simul oīa inspecta excedunt oēm admirationē: vixqꝫ arbitremur persis illā formosissimā regiā de qua tam multa ꝑdicantur huic tue cōferēdā. Trāsimus ad cōtuendū peripatū illum spaciosissimū ꝓspectū omnino mirabilē plenūqꝫ voluptatis. Neqꝫ his contenti piscinas quoqꝫ ⁊ ortos circuire plena occurrebant oculis. Pauca de multis que me mouent in vnū congressi execratione digna tueqꝫ serenitatis oculis legenda subiecti. Equidem cōsideratis scandalis ꝗ indies ex huiꝰ perpetuatione cōcilij prodeūt huiꝰ sententie sum vt ꝓ firmo ⁊ rato habeā nihil a tua pietate posse fieri vel deo gratiꝰ vel acceptiꝰ seculo vel ecclesie matri vtiliꝰ ꝙ huius eneruationē abbominationis pro viribus moliaris. Et oro ne tua me pietas temeritatis arguat ita sentientē. Nā si ex habūdātia cordis os loquitur ego istam sniam ex altu cordis eructo. Deus autē noster omnipotens serenitati tue que ad pacem sunt inspirari dignetur annosqꝫ tuos benedicere religiosissime princeps ⁊ auguste piissime. Ex wienna. Anno. M.cccclvij.

Cōmendat cām suam ⁊ spōdet operas suas in reciprocū.

## Epistola.cccl xviij.

Eneas cardinalis seneñ. S.p.d. Gumforto iuriscōsulto ac serenissimi dñi ducis mediolani secretario. Ex lepontijs hac ꝑterita hyeme sup re ꝑpositure mee litteras ad te dedi vt illustrissimo principi duci mediolani ꝓ me loquereris te rogās obsecrās: nihil exinde responsi a te suscepi: quod non tibi sꝫ tuis occupationibus imputo. Scripsit aūt mihi paucis ante diebꝰ ꝙ moreretur mediolaneñ. antistes de tua erga me optima voluntate dixitqꝫ tuū esse cōsiliū vt cesaris lr̄as ad ducē impetrarē. Factū est vt ambo suasistis. Lr̄as defert vir vrbanus ⁊ tuus meiqꝫ amantissimꝰ laurentius de rotella cōcanonicus meus tridentinus. Is te alloquitur ⁊ meā agitabit cām. Precor illi cōsilio ⁊ auxilio vt sis. Atqꝫ reprobes quod eplis de te mihi ꝑfatus repromisit antistes. Habeo in te ꝗcquid spei habeo. Fiam voti campos si me iuueris. Sin deseras nil est qđ sperem. Scio mores curie vestre ⁊ aliarū. Nemo aliquid obtinet nisi magnis fultꝰ amicis. Ego ⁊ si iusticiā ꝓseqnar: nisi te habeā ad quem recurrā habeo neminē. Nec te quo iure teneam video qui nullis beneficijs mihi obligaris. Sed confido in tua humanitate: Similiterqꝫ studia ⁊ officia quibꝰ dediti sumꝰ paria fiduciam ꝑbent vt opera consilio: auctoritate ⁊ grā tua amice vtar. Ego si quid intelligā aut ad voluptatē aut ad cōmodū: aut ad amplitudinē tuā ꝑtinere: etiā nō rogatus faciam nec ad me vnqꝫ ꝓ te vel ꝓ tuis frustra scribes: si mō quod petieris in mea fuerit ꝑtāte. Uale ⁊ spem meā imple. Ex vrbe sexto idus Iulij.

## Epistola.ccclxix.

Excusatio precū nō exauditarꝫ.

Eneas cardinalis seneñ. preposito spirēsi. S.p.d. Accepimꝰ litteras tuas quibꝰ rogas vt ius nr̄m in ꝑbēda ecclesie maioris wormaciensis in nepotē tuū trāsferre velimꝰ. Cōplacuissemꝰ certe tibi cui libenti aīo tāqꝫ singulari amico ⁊ homini virtuoso gerimꝰ morē: nisi ꝑuēti fuissemꝰ. Scripserūt eñ nobis. Decanꝰ ⁊ cantor wormaciēsis: ꝗ negocia ꝑpositure nr̄e gerūt de vacatione ꝑbende hmōi: multūqꝫ suaserūt vt ius nr̄m illi dimitteremꝰ ꝗ ꝑ capitulū ad possessionē ꝗuis de facto erat admissus: cui iā ꝑpositurā nr̄ā arendauerāt. Deinde etiā supuenerūt lr̄e illustris principis comitis palatini ꝓ eodē dictā ꝑbēdā petētes. quibꝰ inducti aīm inclinauimꝰ ad cōplacēdū prefato possessori: siue vt rectiꝰ dicamus intruso. Nam ꝗuis spreti fuerimus a capitulo: quia tn̄ natura litigiosi

non sumus: decreuimus bonũ ꝓ malo rependere. Rogamus aũt te vt equo aīo feras: si hac vice p̄cibꝰ tuis nõ annuimꝰ: cũ sicut p̄diximus alioꝝ scripta preuene rint: deinceps si quid occurrerit qḋ tui cã facere possimꝰ: nõ erimꝰ requisitiõi tue quoquo modo aduersi. Sed quantũ vires nr̃e tulerũt ⁊ tibi ⁊ amicis tuis cona bimur rē gratã facere. Datũ rome die. xxij. iulij. M.cccclvij.

Annuit precibꝰ ⁊ petit se excusare de grauamine germanice nationis.

## Epistola. ccclxx.

Eneas cardinalis senensis decano wormaciensi. S.p.d. Cognouimꝰ que scripsisti de prebenda que nuꝑ vacauit in ecclesia wormaciensi. Suades ne nos de illa intromittamus ⁊ ius nostrum possessori tradamus: cũ neq̨ vtile nobis sit dictam prebendã obtinere ꝭm statuta ecclesie: neq̨ dispensari ad uersus ea cõsuetum sit. multũ tribuimus cõsilio tuo: ⁊ crede q꞉ non est mens nr̃a grauare ecclesiã illam: nec litigiosi sumus vt velimus supra modum cõtendere. Nos si eam prebendã obtinuissemus non ꝓpterea violare statuta vestra voluis semus aut aliquod vobis afferre grauamē: sed iuxta cõsiliũ tuũ fecissemus: ⁊ cõfi dimus ꝙ non fuisset capitulũ vestrũ de nobis male contentuꝫ. Verũ vtcũq̨ res se habet: q̨̄uis cõsiliarius. Palatini nullum ius habeat in p̄dicta p̄benda ⁊ nobis spretis in ea se intruserit: tamē quia vir nobilis est ⁊ illustris. Palatinus pro eo scribit: tuq̨ plurimũ id suades. ⁊ iohannes tolner etiam hortaꝛ: erimus contenti transferre ius nostrũ in predictũ cõsiliariũ si cũ eius procuratore qui hic est cõue nerimus: ⁊ deniq̨ confide quoniã ecclesiam vestrã iuuare atq̨ extollere: non de primere aut quoquo modo ledere intendimus. Verũ quia capitulũ eccl'ie sancti andree animo deliberato nobis spretis ⁊ litteris nostris contemptis ad possessio nē prebende per nos acceptate aliũ intrusit. intendimus experiri de iure: quis sit potior. Itaq̨ rogo ne mireris si litem pro parua re ingredimur. quia cõtemptũ potius q̨̄ prebendã animo metimur: quã etiã si obtinuerimꝰ alteri eiusdē natio nis resignabimus. Postremo scribit nobis iohannes tolner querimonias factas esse apud aliquos germanie prelatos de reseruationibus cardinaliũ quas habēt in partibus illis: nescimus an propter nos ⁊ gratiã nostrã is rumor fiat. Nos qui dē supra. xxiiij. annos in alamania seruiuimꝰ ⁊ semper honorem illius nationis ꝓ virili nostra promouimus: ⁊ nunc ad cardinalatũ q̨̄uis insufficientes vocati: id conamur: id studemus: id tota mente querimus: quod illi nationi vtile decoriq̨ esse putamus. cum nonnullis aliquãdo vehementer contendentes ita vt in sacro collegio nos magis germanũ q̨̄ italum esse dicant. Quibus ex rebus non sumus arbitrati germanice nationi futuꝝ odiosum. si beneficia in ea pro duobus milibꝰ ducatoꝝ in annuis redditibus obtinerimꝰ. Et q̨̄uis in bulla reseruationis nostre fiat mentio de monasterijs. nũq̨̄ tñ intentio nostra fuit ad ea monasteria litteras trahi que ꝑ cõpactata reseruari nõ possent: ⁊ ita sanctissimo dño nostro diximus adijcientes ꝙ pro nullo monasterio vnq̨̄ litigaturi essemus: sed solum id recipe remus quod cũ bona gratia principũ in quoꝝ territorio esset habere possemus. Itaq̨ nõ existimamus aliquos prelatos occasionē habere vt de nobis conqueri possent. Quapropter rogamus te qui soles cũ pluribus cõuersari: vt mente no stram omnibus declares: ⁊ presertim archiep̄o mogũtino: apud quē nõ dubita mus nos haberi cõmēdatos: cũ ⁊ nos sui status ⁊ honoris quãtũ vires nostre fe rũt semꝑ defensores sumꝰ. Datũ rome die. xxij. iulij. Mcccclvij.

Frustra conaꝛ ĩpetrare vt clerꝰ coitaꝫ seneñ. ꝓ ꝯfir matiõe studij vl'is ꝯtribuat ⁊ auisat de exercitu ꝯgregato.

## Epi. ccclxxi

Eneas cardinalis seneñ. Balie seneñ. S.p.d. Que ornamēto splēdori glo rieq̨ isti ciuitati vestre patrie nr̃e eē possent: nũq̨̄ tedio nobis eēt aut q're re: aut si in p̄tãte nr̃a esset exhibere. Eapropter cũ nuper nobis scripsissetis vt ꝓ studio legũ aliarũq̨ facultatũ in vrbe vestra reformando. Sanctissimo dño

nr̃o verba faceremus vtꝙ clerus vr̃e ditionis ad eā rem certā pecunie quātitatē cōferret impetrare conaremur. Fuimꝰ euestigio cū eodē sanctissimo dn̄o nostro Oratore vestro spectato viro leonardo ad id accersito. Perorauimꝰ cām: vt arbitrati sumus oportere: ꝫ nō exorauimus. quod aūt pietas dn̄i nr̃i ad eā rē rn̄derit nō ambigimus leonardū p̄fatū collegio vestro significasse. Itaqꝫ non est cur plura circa hec dicamꝰ. Illud adĳcimꝰ qd̄ nosse magnificētias vestras nō inutile arbitramur: Hodie lr̃e ex neapoli aduenerūt: q̄bus certior fama sit. Comitē iacobū piccininū ab inclyto rege aragonū pecunias nō paucas accepisse: quibꝰ copias suas instruere possit ad regni metas exire. Ferūt eum aduersum sigismūdū malatestam arma motuꝝ instante vrbinate comite. Sed mille sunt hominū insidie: nec sagitta semper eo tendit qui directa videt̄. Sapiūt magnificentie vestre ⁊ quod ex vsu fuerit cogitabūt. Nos pro debito nr̃o hec reipu. vestre significādo putamus: cuius tranquillā quietem indesinenter optamus. Datū rome die. xxĳ. Julĳ. M. ccccl vĳ.

Petit ꝓ captiuo vt benefacta cū male factis pensatis liberum emittant.

## Epistola. ccclxxĳ.

Eneas cardinalis seneñ. balie seneñ. S. p. d. Accepimus lr̃as vestras q̄bꝰ cognouimus que de comite iacobo piccinino ⁊ eius transitu suspicamini. Fuimus sepe cū spectabili oratore vestro de eadem re locuti ⁊ eadē videbant̄ nobis formidanda q̄ vobis si homo ille regnū exiret. Nūc scriptis vr̃is cōmoniti statuimꝰ de re illa certiorē pōtificē facere. Sꝫ cū podogra nos impediret ne presentiā dn̄i nostri accedere possemus: scripsimus q̄ nobis videbant̄ aplice maiestati: ⁊ rogauimus vt oratori vestro audientiā preberet qui latius loqueret̄. Placuit id clemētie sue. Oratorēqꝫ vestrū mox post cedulā nostrā audiuit: ⁊ ita sempꝰ oībus rn̄dit quēadmodū de patre optimo ⁊ diligētissimo conseruatore vr̃e libertatis sperandū erat. Scribet oīa seriosius senatui vestro leonardus orator. Itaqꝫ non est cur nos ea repetamus. Sumus ⁊ erimꝰ soliciti in his q̄ vestre reipublice trāquillitatē respiciūt. Postremo qꝛ franciscū patriciū in vinculis coniectum accepimus: virū fama clarū ⁊ qui ornamentū ciuitatis vr̃e nō parū hactenꝰ fuit: Rogamus in eius iudicio bn̄facta cū malefactis pēsare velitis. ⁊ hoiem i vita relinq̄re q̄ suis scriptis vr̃am vrbē illustrauit ⁊ in futuꝝ splēdorē ei maximum adĳcere pōt: Quod si feceritis oēs collegiū nr̃m cōmendabūt in quo plus beneficĳ q̄ꝫ iniurie recordatio valuerit. Datū rome die. xxiĳ. Julĳ. M. ccccl vĳ.

Captat beniuolētiā ⁊ offert cōmendatū nepotē suū.

## Epistola. ccclxxiĳ.

Eneas cardinalis seneñ. epo tridētino. S. p. d. Redeūtē in alemaniā nicolaū crewl capellanū nr̃m ⁊ cōpatriotā: tū cū tridēto trāsiturꝰ sit: noluimꝰ sine nr̃is ad te lr̃is dimittere: q̄bus intelligas nos veteris amicitie ⁊ quō sit ad sacros ordines ꝓmoti fuimus: memores eē. cupidosqꝫ magnopꝰe aliqn̄ aliq̄d agē qd̄ tibi gratū existat. Reliqua de nr̃a erga dignitatē tuā volūtate ⁊ de statu romane curie: idē nicolaus plenius referet: cui velis tāqꝫ nobis plenā credentie fidē p̄bere. Insupꝰ qꝛ nepos noster frāciscus gr̃am expectatiuā habet in ecclesia tua. Rogamus vt in euentu vacationis alicuius p̄bēde auxillo sibi esse velis ad obtinendā possessionē: quēadmodū de tua erga nos beniuolētia ⁊ amicitia veteri plene ꝯfidimꝰ. Datū rome kal. augusti. M. ccccl vĳ.

Refert noua italie ⁊ vrbis romane.

## Epistola. ccclxxiiĳ.

Eneas cardinalis seneñ. Nicolao cardinali sancti petri. S. p. d. Reuertit̄ ad ꝑtes germanie. Capellanus meus nicolaus crewl: quē in agēdis suis dignationi tue quātū valeo ꝯmēdatū efficio: diu nihil noui de tua dignitate accepi. Puto eā bn̄ valē qn̄ i ꝯtrariū nihil accipio. De p̄latis germanie ⁊ dietꝭ coꝝ multa hic dicunt̄ nō bona. Tuā dignationē nihil latere opinor. Nisi tua cir-

cũspectio illis obuiet reb⁹: nescio q̃s alius occurrẽ possit. Ego tñ te in hac curia pñtẽ poti⁹ eẽ vellẽ. q̃uis parũ est q̃ cardinales reipublice ꝯsulẽ possint. Sȝ iuuaret me sepe in pñtia tua eẽ. ⁊ ꝓ veteri more dulces miscẽ sermões. Fortasse aliqñ nõ tederet dignationẽ tuã in curia morã traxisse. Quis sit status harũ ptiũ non dubito p familiares tuos dignationi tue scriptũ eẽ. Referã tñ paucis quõ res se habeat. Dñs nr̃ in primis bñ valet. Roma qȝ p̃ter solitũ hucusqȝ sana eẽ videt̃. Obijt cardinalis neapolitan⁹ in curia potius medicoꝝ q̃ȝ aeris grauitate. Ursini ⁊ comes euersus adhuc inter se armis ꝯtẽdũt: q̃ res facit vt annus vberrim⁹ sterilis videat̃. Huc accedit indignatio quã põtifex ꝯ vrsinos accepit: tractat̃ cõcordia nescio q̃ȝ facilẽ hẽbit exitũ. Comes iacob⁹ piccinin⁹ q̃ hacten⁹ in regno fuit nũc suscepta a rege aragonũ magna pecunia exitur⁹ regnũ dr̃. ⁊ ꝯ sigismũdũ malatestã quẽ rex odit arma moturus. q̃ cũ ꝓfectur⁹ ẽ comes vrbinas. alij arbitrãt̃ hec fingi ꝯ malatestas: vt improuisi senẽses inueniant̃. Quicq̃d egerit piccinin⁹ si regnũ exierit: arbitrant̃ oẽs totã italiã rursus in arma tuiturã. Atqȝ h̃ mõ gerer̃ bellũ cõtra thurcos: nec meli⁹ in germania res se hñt: qñ impator ⁊ rex hungarie sicut nosti inter sese acerrima cõtentione depugnãt: de⁹ ecclie sue meli⁹ ꝯsulat. Cõmẽdo me dignationi tue ad eius mandata omni tpe paratũ. Ex roma kl̃. Augusti. M.cccclvij.

## Epistola. ccclxxv.

Cõmẽdatoria singulariũ amicoꝝ.

Aeneas cardinalis senen̄. archiepõ saltzburgen̄. S.p.d. Nicola⁹ crewl capellan⁹ nr̃ dilect⁹ vẽtur⁹ est ad dignitatẽ tuã quã rogam⁹ i agẽdis suis cõmẽdatũ hr̃e velis ab eo itelliges romane curie statũ ⁊ quõ res italie sese habeãt. Itaqȝ nõ est op⁹ de his aliq̃d scribam⁹. Nõ sum⁹ imemores bñficioꝝ q̃ a dignatione tua pcepim⁹ dũ i germania essem⁹: ⁊ quõ i saltzburga sepi⁹ a tua dignatiõe gratant̃ accepti ⁊ honorati fuim⁹: ob quã rẽ erit nobis sp̃ cura vt tibi ⁊ ecclesie tue ꝓ nr̃a possibilitate vicẽ repẽdam⁹. Insup qr̃ duo sũt i tua curia nobis a lõgo tpe dilecti iohẽs lauterbachi⁹ ⁊ iohẽs troster viri boni ⁊ fidelissimi: eos dignationi tue quoad possum⁹ efficim⁹ ꝯmẽdatos: reputaturi nobis impensũ q̃cq̃d i eoꝝ ꝓsouis boni p te collatũ fuerit. Datũ rome kl̃. augusti. M.cccclvij.

## Epistola. ccclxxvj.

Gratulat̃ de liberatiõe epi varadien̄. cui⁹ noie regi scp̃sit ⁊ ab aplĩco scribi ipetrauit.

Aeneas cardinalis senen̄. Iohãni troster. S.p.d. Fecisti probe q̃ nobis ex hungaria wiẽnaqȝ singula scripsisti q̃ tum gerebant̃: audiuim⁹ inuiti illarũ partiũ tribulationes velit deus vt tandẽ p̃ncipes inclyte dom⁹ austrie inter se reconcilient̃; Illud aũt libent̃ intellexim⁹ qđ de epõ varadiensi viro optimo significasti: cuius inocẽtia libertatẽ ꝯsecuta est. Nihil ꝓfecto h̃ tpe nobis iocundius significari poterat: tu de nobis sibi oĩa vera dixisti. Nã cũ audiuim⁹ capturã eius vehemẽter ꝓbatissimi patris fortunio cõmoti fuimus. scripsimusqȝ mox regie maiestati q̃ nobis de patre sincero ⁊ optime merito testificãda videbãtur. Rogauim⁹ etiã põtificẽ maximũ vt lr̃as ad regẽ daret quibus relaxationeȝ epi peteret: easqȝ bis obtinuim⁹. Primas p casualẽ quẽdã tabellariũ misim⁹. Secũdas vo p laurẽtiũ rouarellã destinauim⁹ q̃ nũcius aplĩcus ad regẽ ꝓfectus est: q̃ q̃ȝuis tarde hinc venerint testimoniũ tñ p̃hebũt nr̃e in epm charitat̃. Postremo q̃ suades fecim⁹. Cõgratulatorias eñ eplãs eideȝ epõ ⁊ misim⁹ ⁊ mittemus. Itaqȝ nõ est cur verear̃ officiũ nr̃m requiri posse. De rebus curie nr̃e supsedim⁹ scribere; cũ nicolaus nr̃ crewl te cõuẽturus sit: ex quo cũcta vel minima q̃ in italia gerunt̃ habũde cognosces: Reliquũ est vt bene valere studeas. archiepõqȝ fideliter seruias apud quẽ tua obsequia nõ erũt sine p̃mio. Nos aũt sp̃ tui memores erimus. Uale ⁊ si iacobus lotronus istic est: mille ei salutes nr̃o nomie dicito Ex vrbe roma kl̃. augusti. M.cccclvij.

## Epistola. ccclxxvij.

Familiaris vt bene valeat.

Aeneas cardinalis seneñ. Johi lauterbachio. S.p.d. Ex nicolao nr̃o crewl tibi amicissimo cognosces q̃ apud nos gerũť ꝛ q̃ nos in te aio sumus. Nã queadmodũ te iãpridẽ dilexim⁹: ita ꝛ nũc amamus: cupimusq̧ tibi bñ eẽ ꝛ si qñ aliq̃d ꝓ facẽte possemus: nõ eẽt in nobis mora: ↄfidimus tibi bene futuꝝ apud archiepm salczburgeñ. Qui ꝓ sui singulari virtute seruitijs tuis debita p̃mia nõ negabit. Vale igiť ꝛ nos eidẽ archiepõ ita offeras vt intelligat nos sibi cõplacẽdi cupidos eẽ. Datũ rome kl'. augusti. M.cccclvij.

# Epistola.cccclxxviij.

Cõsolatoria sup morte filij.

Aeneas cardinalis seneñ. dño de rosẽnberg. S.p.d. Magno merore affecerũt nos lr̃e amicoꝝ q̃bus clarissimũ ꝛ spectatissimũ filiũ tuũ henricũ diez clausisse extremũ cognouimus. Doluim⁹ certe illũ in flore sue iuuentutis ex hac luce migrasse: cũ multa ꝛ ꝓ domo tua ꝛ ꝓ inclyto regno bohemie facẽ poterat: tũ v̾o istud molestissimũ fuit q̧ senectuti tue ꝛ baculũ ꝛ solamẽ ereptũ esse videbamus. Sꝫ cũ cogitamus ai tui sapiẽtiã: nõ dubitam⁹ q̃n ↄsolationẽ ipse rerũ mortaliũ vsus tibi p̃beat. Frequẽter accidũt hec: sepe filij patres i morte p̃cedũt raro est senex q̃ plures ex suis filijs nõ p̃miserit. Tolerãda sunt hec: nec dolore cõsiliũ est: vbi dolor nihil affert p̃sidij. Acq̃escendũ ẽ diuine volũtati oia deus i vsuz meliorẽ ↄuertit: nihil ip̃e ꝑperã: nihil temẽ agit. Ille sapiẽs hõ ẽ q̃ ea vult q̃ velle deũ nouit. Nos filiũ tuũ i eo statu in eo tp̃e vocatũ a deo nõ ambigimus: in q̃ illi melius fuit exuisse hoiem. Itaq̧ q̃uis nõ dubitamus magnificẽtiã tuã q̃eto esse aio: ꝛ ea velle que deus voluit: tñ ꝓ nr̃o officio rogamus vt hec humana equa mẽte feras. ꝛ q̃d restat eui cũ reliq̃s tuis filijs dulciter ac suauiter traducas. Id erit nobis supra q̃ȝ dicere possum⁹ acceptũ. Diligim⁹ enĩ sũmope p̃sonã tuã: nec obliuioni dare possumus quãta nos charitate in wiẽna quõdã cõplectebaris: ꝛ deniq̧ sp̃ nobis ante oculos est humãitas illa atq̧ vrbanitas: quã nobis ꝛ ꝓcopio rabensteyno oñdisti in crũmenaw: ita enĩ nos ardẽti charitate ꝛ vt aiũt euiscerata dilectione suscepisti: vt oi tp̃e nos ꝛ tibi ꝛ natis tuis ꝛ his q̃ nascenť ab illis obnoxios eẽ putem⁹: ꝛ h̾ quidẽ oñdem⁹ si vnq̧ sese facultas obtulerit. Reliq̃ referet nicola⁹ crewl capellan⁹ nr̃ dilectus quẽ tue magnificẽtie cõmẽdam⁹: cui tãq̧ nobis credẽtie fidẽ plenã adhibere velis. Datũ rome kl'. augusti. M.cccclvij.

# Epistola.cccclxxix.

Post regiã maiestatẽ recõmẽdatã refert grates epi varadieñ. de emãcipatiõe.

Aeneas cardinalis seneñ. Ladislao regi hũgarie. S.p.d. Cũ supiorib⁹ diebus iohẽs varadiensis ep̃s apud budã in vincula ↄiectus esset. Idq̧ tuo iussu factũ dicereť: egre id mihi duplici de cã fuit. Nã ꝛ p̃sulis integerrimi ac mihi amicissimi infelicitati cõpatiebar: ꝛ honorẽ tuum parumper obnubilari dolebam: cũ ep̃m de tua serenitate optime meritũ ꝛ doctrina preditum singulari tua sublimitas in carcerẽ retrusisse affirmareť. Scripsi itaq̧ mox excellẽtie tue q̃ mihi in ea re faciẽda videbať ꝓ gloria tua: queadmodũ fideles famuli benignis dñis suis cõsulere aliquãdo solent. Scripsit etiã sanctissimus dñs nr̃, semel atq̧ iterũ. Nã qui varidiensem pontificẽ ꝛ v̾tute ꝛ noie optime preditũ intellexisset: nõ poterat ei (cũ indigna ferret) nõ opitulari. Nescio an hmõi lr̃e tuã sublimitatẽ adierint. Illud nũc relatũ est q̧ tuã hãc curiã gaudio repleuit nõ sine precipua ꝛ ingenti laude tue sublimitatis. Nã cum ep̃s idem nõ tuo motu: sed aliquoruꝫ potentũ impulsu: quibus nõ facile resistere poteras in captiuitatẽ ductus affirmareť: nũc illud plane dr̃ q̃d innocentẽ p̃latũ quẽ alieno impulsu cep̃as: tua spõte solũmõ relaxasti: ex q̃ re patefacta est animi tui innata ꝓbitas ꝛ epi innocẽtia liquefacta. Quippe sanctissim⁹ dñs nr̃: totusq̧ cardinaliũ cet⁹ rectitudinẽ animi tui ꝛ singularẽ prudentiã magnis extollunt preconijs. Ego v̾o qui eundem ep̃m iamdudũ virum probatissimũ esse cognoui: cuiq̧ singulari amicitia sum cõiũctus nõ solũ laudo circũspectionẽ ꝛ bñficẽtiã tuã: s̾ grãs q̃s possuꝫ tue serenitati lago

ꝓ salute hoi amicissimo restituta. Intelligẽs nõ me minꝰ ea de cã tue glorie obligatũ ꝙ̃ ipm epm. Erã etiã ante seruitor sublimitatꝭ tue multis de causis obnoxius: ꝫ accedẽte h̃ beneficio: nihil est qđ iã mihi reliq̃ sit: q̃n totũ qđ possuz maiestati tue debeã. Ex roma nonis augusti. M.cccclvij.

Captat beniuolentiã ⁊ capellanũ suum cõmendatũ faciat.

# Epistola.ccclxxx.

Eneas cardinalis senẽ. Electo vratislauiẽsi. S.p.d. Reuertit̃ ad partes istas dilectus capellanꝰ nr̃ nicolaꝰ crewl: canonicus vratislauiensis: tibi iã pridẽ notus ab eo senties q̃ cũq; apud nos gerũt: ⁊ q̃s aĩus nr̃ erga te sit: q̃ ⁊ tibi ⁊ domui tue nobilissime tãto magis afficimur: quãto indies pr̃is tui fratrũ ⁊ tua erga nos merita magis recolimꝰ. Itaq; nõ erimus in scribẽdo lõgiores Tantũ dignationi tue nicolaũ ꝯmẽdamꝰ. Rogãtes siqua sũt q̃ ꝑ nos tui cã fieri possint: ita de nobis ꝯfidas: queẽadmodũ veri amici int̃ se ꝯsueuerũt. Datũ rome nonis augusti. M.cccclvij.

Mere familiaris.

# Epistola.ccclxxxj.

Eneas cardinalis senẽ. henrico senftleben. S.p.d. Per nicolaũ nr̃m canonicũ vratislauiẽsez q̃ nũc in alamaniã reuertit̃: nõ putamꝰ necessarium eẽ multa scribẽ. Ita eñ repẽte facturꝰ est iter vt multi eũ ꝑcessuri sint. Visitabit eñ quocũq; i loco suo ex more cõpatres atq; cõmatres. Nec dubitamꝰ euz cũ ad te venerit q̃n volũtates italicas meliꝰ referre ꝙ̃ ab eo discere valeas. Itaq; parcimus vobis. Tñ rogamꝰ vt in re illa varimẽsis ecclie si q̃d ei cõmittẽdũ videt̃ id ꝓ tua prudẽtia facias. Est eñ vratislauiã petiturus vt ait: ⁊ a nobis hẽbit lr̃as ad epm illũ credẽtiales: vt si opꝰ fuerit eis vti possint. Reliqua ex eo audies quẽ fortasse licentiatũ in decretis habebis. Uale ⁊ amicis nr̃is nos effici cõmendatos Datũ rome nonis augusti. M.cccclvij.

Refert noua italie ⁊ se quantulus sit in toto pollicet̃.

# Epistola.ccclxxxij.

Eneas cardinalis senẽ. iohi cardinali sci angeli. S.p.d. Que supioribus diebꝰ apud nos gesta sũt: ea iã ꝑ alias lr̃as tue dignationi significaui. Nũc subiiciã q̃ secuta sũt: exinde scies q̃d sperãdũ sit: q̃dve timẽdũ cõi xp̃ianorũ cause. Dñs noster sanctissimꝰ nõnullã aduersus vrsinos indignationẽ induit adeo vt etiã nepotẽ suũ ecclistice militie ducẽ cõtra illos miserit: castrũq; sci gregorij ab eis extorserit: nũc ꝯcordia tractat̃. Expectamꝰ exitũ rei pacẽq; magnopẽ cupimus. Nã bella huic ciuitati charitatẽ annone nõ ꝑuã inducũt. Fuit ipe sanctissimus dñs nr̃ his diebus aliquãtisꝑ egrotꝰ: nũc diuino munẽ ꝯualuit: cuiꝰ prudẽtia nõ ẽ dubiũ: q̃n reipublice salubrit̃ ꝯsulat. Nepotes eiꝰ q̃ p̃riarchã legatũ in oriẽtẽ secuti fuerãt: atq; ibi ob q̃dã malefacta cõphẽsi nudiusq̃rtus redire. vtq; se crimine purgẽt patriarchã criminant̃: ꝫ dño nr̃o ⁊ sacro collegio cognita ẽ illius legati integritas atq; ꝯstantia: nec sinistri q̃cq̃ de eo facile credit̃. An autẽ nepotes ipi culpabiles sint vt legati nũcij tradũt. id alij inuestigẽt. Ego ⁊ accusatores ⁊ excusatores eorꝝ eq̃s auribus accipio. Rex aragonũ bellũ habet cõtra ianuenses acerrimũ: ⁊ nũc vna nũc altera ꝑs naues in mari ꝑdit: ꝫ ipsa ianua miro afflicta est. q̃ nõ regis tñ ꝫ etiã suoꝝ exulum armis p̃mit̃. Permus dux eius magno vir aio ⁊ manu ꝓmptissimus: miseros ciues territat: q̃ se nõ alio mõ ꝙ̃ morte imperiũ positurũ affirmat: ⁊ nũc hunc nũc aliũ ciuẽ ad necẽ rapit: qui suis consilijs aduersat̃. Rex aũt ꝑ hos dies vt fama ẽ insigne ꝯpidũ. Scarlinũ noie in tuscia lucratꝰ est: si verꝝ est qđ hodie mercatoribꝰ scriptũ ferũt. Id erat in ptãte dñi plũbanẽsis. Ob quã rẽ sũt q̃ arbitrant̃ nõ q̃etuꝝ regẽ nisi ⁊ plũbini dñio potiat̃. Quod si obtinuerit locũ hẽbit oportunissimũ vñ senẽ. florẽtinos ac ianuẽses cũ velit lacessere possit: atq; vtinã nõ ex h̃ pax italica ꝯturbet̃: hoc est italia. Que aũt i germania gerunt̃ optime nouit dignatio tua. Cupio scire vbi locoꝝ atq; gentiuz sis

q̇d agas q̄bene valeas ⁊ q̄ spes sit rebus agēdis. Sūt eñ q̇ dignationē tuā egro
tantē se reliquisse affirmāt q̄ res mihi molestissima est. Ea ꝓpter suadeo hortor ⁊
obsecro vt sanitatis curā geras: curesq; vt aliqñ reuertaris hucletus ⁊ sospes: qđ
oēs amici tui maxie cupiūt. Ego v̄o nihil magis desidero q̄ꝫ te in domo tua rome
sepe videre ⁊ alloq̄: ac ꝓ veteri cōsuetudine māsuetudine tua ⁊ benignitate ꝑfrui
Nō offero me dignationi tue: aut familie tue vel amicis aliq̇d apud sūmū pōtifi
cē ꝓcuraturꝫ. Nā ⁊ minimū est qđ possuꝫ ⁊ dignatio tua potentissimos cardinales
hꝫ q̇ eius negocia fidelissime gerūt: Itaq; nō ē cur mea indigeas opa. Ego tñ q̄n
tulus sum ⁊ tuus sꝑ fui ⁊ ero. Ex roma nonis augusti. M.cccclvij.

Excusatio cōtra murmur gra-
uaminis germanice nationis.

# Epistola.ccclxxxiij.

Eneas cardinalis seneñ. Martino mayer. S.p.d. Iocūde nobis fuerunt
lr̄e tue: quas in cā decani mogūtini ad nos scripsisti: erāt in eis plures par
tes quibus breuit̄ rn̄debimꝰ. Cōgaudes de nr̄a ad cardinalatū ꝓmotione
nō est ea res nobis dubia. Siq̇dē noster honor tuus honor est: ⁊ hāc dignitatem
nō minus tibi creditā q̄ꝫ nobis eē: equū est te arbitrari qñ int̄ nos vera est ⁊ stabi
lis amicitia que iubet inter amicos oīa estimari cōia. Quippe si qñ aliq̇d occurre-
rit in quo vel tibi vel ꝯsanguineis aut amicis tuis ꝓdesse possumꝰ ondemus nos
memores eē veteris beniuolētie ⁊ dulcis vsure quā simul in mult̄ locis habuimus.
Que scripserūt nobis ṗncipes electores: ⁊ tu etiā ꝓ decano mogūtino nō obau-
diuimus: nā etsi ṗpositurā wormacieñ. apud nos libent̄ retinuissemus: cōcorda-
uimus tñ cū ꝓcuratoribꝰ eiusdē decani de ꝑmutatiōe vt tā dictis ṗncipibꝰ q̄ꝫ tibi
⁊ ipsi decano quē iādudū cognouimꝰ ⁊ amauimus: rē gratā faceremus damꝰ nūc
opam vt lr̄e expediant̄ oportune. Illud aliquātulū durꝫ est qđ in calce lr̄aꝝ tuaꝝ
scribis q̄relas. s. magnas fieri de romana curia q̄ nationē germanicā mult̄ incō-
modet modis. Quatuorq; capita tāgis. Unū est q̄ decreta cōstantieñ. ⁊ basilieñ.
cōciliorꝫ cōpactataq; natiōis minime obßuent̄: ⁊ q̄uis in h̄ articulo oīa cōtineri vi-
deant̄: tñ specificas q̄ electiones canōice facte nō ꝯfirmēt̄ q̄ magna vis pecunia
rū ab his q̇ beneficia ꝯsequūt̄ extorquet̄ q̄ sub colore indulgētiarū ⁊ decimaruꝫ
varijsq; modis ex alamania pecunie hauriūt̄: ⁊ deniq; subiūgis de grā nr̄a quaꝫ
obtinuimus de bn̄ficijs in cōmēdā habēdis quā insolitā esse asseueras. Cogimur
ad hec nō nihil rn̄dere: ⁊ in primis q̇dē fatemur q̄ scribis inclytā. s. nationē vr̄am
olim fuisse florentē ⁊ suis virtutibus romanū imperiū meruisse. Adijcimꝰ tñ ⁊ il-
lud excellentissimā beati petri sedē postq̄ꝫ ille martyrio coronatꝰ est: sꝑ rome fuis
se in qua q̇ sederūt: vicariatū xp̄i tenuere: clauesq; ligādi atq; soluēdi penes se ha
buere: siue greci: siue itali: siue germani aut ex alia gente fuere: nec nūq̄ regni cele
stis introire ianuā potuisse q̇ romanorꝫ pontificū auctoritatē cōtumaciter cōtē-
ꝑsere: nec hodie illis gloriādū eē q̇ auctoritate ꝓpria leges sibi ꝯstituūt. q̇bus pro
suo libito romane sedis iussiones spernē possint. Hos eñ catholica veritas nisi
resipuerint ante obitū. ignis eterni mācipio sine intermissiōe deputat. Fatemur
insuꝑ aliqñ in romana curia quā regūt hoies aliqua fieri que digna essent emēda
tione. nec dubitamus ipsos romane vrbis ṗsules etiā inquātū hoies falli errare.
labi ac decipi posse. Sed vt ad querelas tuas veniamus dicimus tibi: dignū eē vt
cōpactata cū vestra natione seruent̄. Idq; sempꝰ ṗdicauimꝰ ⁊ in futurū ṗdicare
nō omittemꝰ. Siq̇dē nationi tue a q̇ plurimū sumus honorati: nō minus q̄ꝫ nr̄e
afficimur. Uerꝫ cū dicis decreta basilieñ. ꝯcilij nō custodiri. Idq; putas iniurio-
sum eē nationi indignā dicimus eē q̄relā tuā. Propter decreta eñ basilieñ. ꝯcilij
inter sedē ap̄licā ⁊ nationē v̄rām discidium cepit: cū vos illa ꝓrsus tenēda dicere
tis ap̄lica v̄o sedes oīa reijceret. Itaq; fuit deniq; ꝯpositio facta: i qua nos impa
torio noie interfuimus: eā certā legē dedit deinde inuiolabilit̄ obseruādā: ꝑ quaꝫ
aliq̄ ex decretis ꝯcilij ṗdicti recepta vident̄ aliqua reiecta. Itaq; nō iuste agis: si
ꝑ oīa huādā eē decreta ꝯtēdis. Sꝫ venio ad electiones quas passim cōtēni refers

hoc nos nō inuenimus ita esse vt asseueras: nā postq̄ ex alamania huc venimus
plures ecclesie cathedrales eiusdē nationis vacauerūt: in quibus vel postulatio
nes facte vel electiones fuere. De postulationib⁹ nihil est qđ obijci possit: nā ille
ex grā pendēt etiā vetusto iure. liberūq̄ est pōtifici maximo eas admittē vl̄ reijcē.
Electiones aūt si canonice fuerint cōpactatoꝝ vigore cōfirmationē merent. nec
repelli pn̄t: nisi de vtiliori ꝑsona. Roman⁹ pōtifex de ꝯsilio fratrū suoꝝ sancte ro
mane ecclesie cardinaliū duxerit ꝓuidendū: ſ neq̄ hic est aliqđ qđ repr̄hendi me-
rito possit. De tpe dicimus quo ro. curiā seq̄mur. Neq̄ enī (iā biennio tm̄ est q̄
hic sumus) vlla electio huc allata est: q̄ rite ⁊ canonice facta ꝯꝓbata sit. Naz tra-
iectēsis electio de qua magni rumores habiti sunt: in ꝑsonā excōicatā ceciderat.
Alie vero alios defectus habuere. Itaq̄ vides nō eē cur vr̄a natio circa electiōes
iustā q̄relā habeat. Qđ deinde subiūgis extorq̄ri multū auri ab his q̄ dignitates
vel alia beneficia assequunt: nō est cur de hac sede cōq̄ramini: ſ poti⁹ de cupidita
te ⁊ ambitione vr̄oꝝ hoim: q̄ currētes ꝓ epātib⁹ inueniētes cōpetitores: his qui
bus palatiū patet certatim pecunias offerūt. Illi vero q̄ alloq̄ pōtificē pn̄t: nō sūt
oēs siles angelis: ſ quales in almania. Galliaq̄ multos repias. recipiūt enī qđ of
fert nō extorquēt: roman⁹ aūt ꝑsul solus in thalamo suo nūc hos nūc illos audit
⁊ illos ꝓmouere solet q̄ magis cōmēdant: nec scit nec etiam arbitrat pecunie cā
hos aut illos cōmēdatione ꝑferri. Nec sibi plus auri dat q̄ cōcordata ꝑmittant
nisi fortasse aliq̄n occasione expeditiōis ꝯ thurcos: aliq̄n sup annata recepit: qđ
sibi ꝓfecto nō fuit in tāta necessitate negandū: habes ꝗ in hac pte r̄nsionē nr̄am
de pecunijs indulgētiaꝝ miramur fieri q̄relā. Nā ille postq̄ collecte fuerāt ꝓfe-
cto romani pōtificis arbitrio nō alteri⁹ erāt distribuēde. De decimis q̄z credim⁹
nō esse indignū quod refers. Nā si alie nationes ꝓ expeditiōe cōtra thurcos ha-
bēda decimas exhibēt: nō videmus cur etiā theutones nō cōtribuant. Laudam⁹
tn̄ in ea re debitos adhiberi modos. Ceterū cū tota questio de pecunia vertat. di
cimus hāc vetustissimā eē querelā: q̄ nūq̄ auferri potuit sp̄ enī sūt hoīes pecunia
rū auidi: ⁊ quodāmodo insatiabile: q̄ cū multa lucrari velint exponē aliquid sacri
legiū putāt: nec vlla gēs est que aīo equo ex regione sua asportari aurū ferat. Hū
gari alamanos ea potissimū cā detestant: q̄ in regno suo negociātes multū auri
asportāt. Eadē querela est polonoꝝ. eadē danoꝝ. In alamania q̄z q̄ plures gen
tes reperiem⁹ quaꝝ altera incusant alterā quasi argēti sui extortricē: nec curie ve
stroꝝ pōtificū accusationib⁹ carēt. Patet itaq̄ lōge lateq̄ h̄ genus querelarum.
Verū q̄ dicis germaniā vr̄am quondā ditissimā fuisse: nūc vero ꝓrsus exhaustaz
⁊ omni ere vacuā esse: nos cōtra sentim⁹ illudq̄ audacter dicimus: nūq̄ germa-
niā ditiorē fuisse q̄ hodie: nunq̄ ornatiorē: nūq̄ armis potentiorē: si vni dn̄o pa
ruerit. Nāq̄ si legamus vetusta tpa: inueniemus germanos olim ritu vixisse bar
baro: vestibus vsos laceris. Venatiōi tm̄ ⁊ agroꝝ culture dedisse opam: feroces
quidē homines ⁊ belli appetentes: sed argenti ꝓrsus inopes: q̄bus q̄ tpe nec vini
vsus erat. Ipaq̄ germaīa intra mare ⁊ danubiū: rursusq̄ intra rhenū ⁊ albini cō
tinebat: nūc vero quātū trāsgressa sit suos limites nō ignoram⁹. Nam plus fere est
q̄ extra nacti estis in gallia: retia: notico: vindelico atq̄ in ipa scithia seu sarma-
tiaq̄ qđ intus habuistis. Quid memorem⁹ nobillissimas vrbes vr̄as ⁊ splēdidissi
mas: ditissima templa opulentissimos principes ac ꝑlatos: certe nō videmu⁹ ꝓ-
uinciā esse q̄ cōputatis oibus vr̄am supet: q̄ si resurgeret aliquis illoꝝ theutonū
qui tpe iulij cesaris vixit: germaniā peragraret: vt arionistis: ꝓfecto diceret non
esse eam terram quā olim viderat: negaretq̄ suā eē patriā: cū vinearū ⁊ arboruz
fructiferaꝝ cōsitiones: vestitus hoim: vrbanitatē ciuiū. splendorē vrbiū: tantāq̄
nitidā politiā apud vos cōtueret. Verū hāc mutationē q̄s fecit in vobis nisi re-
ligio xpi. Cultus quippe xp̄iane religionis a vobis barbariem oēm expulit: atq̄
ita expoliuit: vt iaz greci ipsi barbari: vos autē recti latini appellari mereamini.
Cultū autē salutifere religionis si veꝝ fateri vultis. Roma vobis ⁊ aplica sedes

dedit quē predicatores ad vos mittēs idoloꝝ relinquerē cultum: ⁊ verū deū colere docuit. Plus est hoc martine ꝙ aurum ⁊ argentum: plus est quod accepistis ꝙ quod datis: Itaq₃ decet vos accepti beneficij memores esse: quod quidē tātū est vt nulli possit thesauri cōpensari. Transimus modo ad eā eplē tue partem q̄ nos concernit: dicis nos ⁊ alios plerosq₃ sancte romane ecclesie cardinales insolitas apud nos reseruationes habuisse: indeq₃ multos exoriri rumores. Nos et metensem olim cardinalē: ⁊ alios nōnullos sillibus vsos gratius comptum habemus: ⁊ ab illis lr̄arū nostraꝝ formā extraximus. Rep̄hendis ꝙ hee sic cōpactat̄ aduersari videant̄: dicimus nihil in eis esse cōtra ea que cōcordata vocant̄: nisi fortasse illud recenseat̄: ꝙ etiā monasteria reseruari vident̄: in quibꝰ electioni locus esse debet. Nos de hac parte abunde satisfecimus dn̄o nr̄o. Duo enī diximꝰ eius beatitudini. Primū ꝙ nullius monasterij electionē impedire vellemꝰ. Alterum ꝙ nullū monasteriū acceptaturi essemꝰ cōtra volūtatē eius p̄ncipis in cuiꝰ ditione situm esset: ⁊ ita ꝓcuratoribus nr̄is dedimꝰ in mandatis. Quod si putas etiā collegiatarū p̄posituraꝝ electiones cōfirmādas eē: neq₃ debuisse nos earū reseruationes acceptare: longe falleris: nā cōcordata ipsa dignitates p̄mas post pōtificales ⁊ in collegiatis ecclesijs principales aplice sedis dispositioni permittunt: in alijs aūt beneficijs inferioribus habet ipsa sedes suos menses ꝙ si superhmōi beneficijs ac dignitatibus reseruationes obtinuimꝰ: accepimus a summo pontifice quod nobis cōcedere potuit sine cuiuspiā iniuria. Sed arbitraris fortasse beneficia que in germania sunt: germanis potiꝰ cōmitti debere ꝙ extraneis nec nos aliter sentimꝰ. Sed cū nos iā annis supra .xxiiij. germaniā incoluerimꝰ: nō reputamꝰ extraneus existimari debere: cūq₃ imꝑatori ipsiq₃ nationi longo tēpore sūma fide magnis laboribꝰ seruierimꝰ: ⁊ nūc ad cardinalatū recepti: ea curemus que nationis ipsiꝰ honori atq₃ vtilitati ꝯducant: ⁊ ita ꝓrsus agamꝰ vt nationi germani potiꝰ ꝙ itali putemur. Nō iudicauimꝰ tribꝰ illis ꝓuincijs moguntine: coloniensi: treuerensi: indignū videri aut graue censeri: si annuo duo milia ducatoꝝ in eis obtineremꝰ ex illis beneficijs q̄ sedes aplica ꝯferre haberet. Putauissemus etiā maiora in eadē natione cui sꝑ seruiuimꝰ sponte offerri: sed nō fumus nos insatiabiles. Cōtentamur eo qd̄ pro debiti status ꝯseruatione sufficiat nec plura circa h̄. Qꝛ aūt opas tuas ad id offers vt gr̄e nr̄e fructū cōseq̄mur: agimus tibi gr̄as q̄ ꝑtes amici nō negligis. Idq₃ rogamꝰ vt interueniēte casu oportuno ꝓrsus efficias. Scis q̄ sit mens nr̄a ⁊ quō gr̄am nr̄am restrictā eē volumꝰ: si qua p̄positura vacauerit aut eccl̄ia parochialis magni redditꝰ velis ita efficere vt ad cōplemētū gr̄e nr̄e ꝑuenire possimꝰ. Deniq₃ req̄ris an aliq̄d dicēdū faciendūue sit circa eā ꝑtē q̄ nationē vr̄am ⁊ aplicā sedē cōcernit. Rn̄demꝰ futurū esse ad p̄ncipes electores nūciū aplicū laurētiū rouarellā cum eo poteris suꝑ hac re pleniꝰ loq̄: sibiq₃ cūcta cōicare q̄ ꝓ sua circūspectione nō ignorabit: qua via sit in talibꝰ incedendū. Nobis tn̄ illud ꝯsiliū videret̄ ꝙ p̄lati ⁊ principes vr̄i si qua ī re grauamina sibi nō digna inferri putāt: legatos suos ad romanū pōtificē mittere nō postponerēt. Et q̄ sunt illa in q̄bꝰ grauarent̄ exponerēt. peterētq₃ debitā fieri reformationē. Nā sedes ista ꝓ sua insita māsuetudine vr̄is votis (q̄ q̄dē rōe subnixa essent) nūq₃ denegaret assensuꝫ. Nos aūt etsi parū valemꝰ: studia tn̄ nr̄a sꝑ in eo dirigemꝰ: vt inclyte nationi germanice dum equa postulauerit nos gerat̄. Vale optime archiep̄o moguntino cui ꝓ veteri noticia sumꝰ affectissimi effice cōmēdatos. Ex roma die .viij. augusti. M.cccclvij.

Congratulat̄ ep̄o varadieū. e vinculis emācipato.

## Epistola .cccclxxxiiij.

Aeneas cardinal' seneū. ep̄o varadiēsi. S.p.d. Q̄ntū de captiuitate tua indigne ⁊ acerba doluimꝰ tātū nō de liberatiōe gauisi ⁊ sūmopē exhilarati sumus. Quippe nō solū dignationi tue cuiꝰ bonitas ac inocētia magnifice patefacta est. veꝝ etiā serenissimo regi ladislao ꝯgaudemꝰ cuiꝰ bn̄ficentia ⁊ aī rectitudo

indies magis ac magꝭ elucescit. Nā𝇍 sicut nobis relatū ē: cū ꝑsona tua ī arce bu-
dēsi retēta fuit: mīme aīmꝰ regiꝰ ad eā rē inclinatꝰ erat: ſ seduxerāt eū eoꝝ ꝯsilia q̄
tue ṽtuti iuidebāt: nec rex adhuc iuuēculus ⁊ ī regno nouꝰ magnis ꝯsultoribꝰ ad-
uersari audebat: cessit furori loco ⁊ tp̄i. Illud tn̄ cauit ne q̄d ī corpꝰ tuū emuli tui
molirent̄. Sꝫ nūc q̄ sua mēs fuerit apte liq̄t. Nā q̄ alieni ꝯsilio atq̄ īportūitate
dignationē tuā in carcerē ꝯiecit: idē suapte īgenio libertatē tibi restituit. O quaꝫ
rē nemo ē q̄ nō ītelligat capturā tuā ab emulis tue ꝓbitat̄. Liberationē ṽo ac sa-
lutē a solo rege ꝓcessisse. Est igr̄ qđ ⁊ tu serenitati regie quēadmodū hactenꝰ feci-
sti: ita ⁊ īposteꝝ sūma cū integritate ſuias. Nos aūt ⁊ ceteri q̄ te amāmꝰ grās refe-
ramꝰ qđ nos q̄dē mīme negligemꝰ. Eramꝰ hactenꝰ occupati vt liberationē tuam
lr̄is aplicꝭ ⁊ nr̄is ꝓcurarēmꝰ q̄s bis regio culmi trāsmisimꝰ. q̄ꝝ ṕmas mox ītelle-
cta nouitate trāsmitti curauimꝰ. Alias ṽo laurētiꝰ rouarella nūciꝰ aplicꝰ secū at-
tulit. Cui ēt ṽbo ꝓcuratio tue salutꝭ nobis āmitētibꝰ ꝯmissa fuit. Sꝫ ītelligimꝰ euꝫ
tuā dignatōnē iā restitutā liberꝫtati iuētuꝝ qđ q̄dē gratissimū ē nā ⁊ regratiari re-
gi q̄ꝫ supplicare lōge ē p̄stantiꝰ ⁊ honoꝛ tuꝰ maioꝛ ꝓculdubio reddit̄: cū nō p̄cibꝰ
ſ innocētie libertatē tuā ꝯcessaꝫ eē manifeste liqueat. Rogamus igr̄ deīceps bo-
no aīo sis ⁊ iocūde viuas de nobis ṽo tā𝇍 de veteri ⁊ fideli amico fiduciaꝫ obti-
neas sciēs q̄ votis tuis q̄ q̄dē nr̄a in ptāte fuerit nū𝇍 deerimꝰ. Vale ⁊ reuerēdissi-
mis patribus strigoniēsi ⁊ scī angeli cardinalibus aplice sedis legatꝭ si qn̄ cū eis cō-
ueniēs memoriā nr̄i facito. Datū ro. die. x. augusti. M. cccclvij.

Excusatoria de grauamine nationi germanice illate ⁊ p̄cat̄ pacē cū ladi-
slao īnire ⁊ contra thurcos gladiū vibrare.

## Epistola. ccclxxv.

Alixtus eṗs ſuꝰ ſuoꝝ dei. Charissimo ī xp̄o filio friderico rōanoꝝ impato-
ri sp̄ augusto. s. ⁊. a. b. Quis aplice sedi sicut placuit altissimo p̄sidētes: ea
nos sp̄ cura tenuerit: vt inclyte nationi germanice ꝓ nr̄a possibilitate cō-
placeremus: ⁊ oībus illic ad nos ꝯcurrētibꝰ faciles ac benignas p̄beamus aures
Nuꝑ tn̄ sicut nob relatū ē: nōnulli ex venerabilibꝰ frībus nr̄is ac dilectꝭ filijs no-
bilibus viris rōani īmꝑij electoribꝰ ⁊ alij plerī𝇍 p̄ncipes ac p̄lati natiōis eiusdē
dieta q̄dā sine ꝯuētu int̄ se celebrato oratores suos ad te misert̄: q̄ de nob denī𝇍
curia nr̄a nō ꝑuā q̄relā faciētes int̄ cet̄a exposuisse ferūt̄ q̄ nos diuersis mōis na-
tionē ipaꝫ aggūātes q̄ int̄ te noīe nationis ⁊ añcessorē nr̄m felicis recordationis
nicolaū papā. v. ꝯcordata fuert̄: mīme adimplē aut obſuare curemꝰ. Quibus ex
rebus ⁊ si n̄ dubitemꝰ serenitatē tuā ꝓ sua erga rōanā eccliaꝫ eximia deuotiōe: il-
loꝝ q̄relas acrit̄ ac debite ꝯfutasse: dignū tn̄ putabimꝰ suꝑ his q̄ nob obijciūt̄ sin-
ceritatē ⁊ īnocētiā nr̄aꝫ tue sublimitati ꝑspicuā ac māifestā efficē vt si qn̄ posthac
siles q̄rimōie ad tuas aures deferāt̄: habes ex nr̄is lr̄is qđ murmurātibꝰ ac detra-
hētibꝰ hoībus rn̄dēatq̄ obijcē possis. Eq̄dē cū nos oēs xp̄iani orbis natiōes be-
nigne q̄ntū cū deo possumꝰ tractare curemꝰ: p̄cipue tn̄ germāicos p̄ncipes ac p̄la-
tos singl'ari q̄dā charitate ⁊ p̄cipuo ꝓsecuti sumꝰ affectu. Ne𝇍 eīm nos latet quo
fauore amplectēdi sūt eccliaꝝ p̄sules: ⁊ seculi p̄ncipes honore p̄ueniēdi. vt illos
fratꝝ ⁊ istos filioꝝ loco sua cuī𝇍 dignitate ſuata hr̄e debemꝰ. Sūt euāgelia sacra
sp̄ añ oculos mētꝭ nr̄e: scōꝝ𝇍 patꝝ decreta sedulo in aīo voluimꝰ. Nouimus quid
ep̄is liceat: q̄d p̄ncipes deceat: q̄d officio sūmi sacerdotꝭ incūbat. Ne𝇍 cordi nr̄o
q̄c𝇍 tenatius heret q̄ ita sacros canones obſuare. vt idonei misterioꝝ xp̄i dispē-
satores iueniamur. Nota ē oībus aplice sedis auctas: māifesta cuī𝇍 ṕme sedis
digtas: vulgata ꝑ orbē vicarij dei ptās. Cui dictū ē a dn̄o. Pasce oues meas: ⁊ qđ
cū𝇍 ligaueris suꝑ t̄rā: erit ligatū ⁊ ī celꝭ: ⁊ reliq̄ q̄bus ī euāgelio. Rōani p̄sulꝭ emīnē-
tia diuinitꝰ declarat̄. Quibus ex rebꝰ n̄ ē: cur aliq̄s opa nr̄a crimīari possit tā𝇍 la-
tius euagemur q̄ꝫ nobis liceat aut tā𝇍 in alienā messeꝫ falcē mittē videat̄: cū nō
huius aut illiꝰ ꝓuīcie ſ vniuersi orbis p̄sulatū ī aplice sedis specula ꝯsecuti sumꝰ
q̄ cū ita sint. scimꝰ tn̄ eos q̄ vocati sūt ī ꝑtē solicitudinis nō eē turbādos: suam𝇍

cuiq; iurisditionez nisi forsitan abutant᷑ seruādā esse nō ignoram⁹. Ea ꝓpter ita
nos gerere in hāc vsq; diē curauim⁹. ne q̄ de nobis cuiuis hoīm q̄rela cōpetē pos
sit. nec putam⁹ aliq̄s eē q̄ se lesos aut sp̄etos a nobis dicāt. nisi fortasse aliq̄ fuerit
q̄ desideria sua nō recte metiētes. tūc se cōtēptos ac grauatos arbitrant᷑: cū petitio
nib⁹ eoꝝ iniustis nō ānuim⁹. Sȝ audiuim⁹ rumorē eē tāq; nos auꝝ ex natiōe tua
supra quā deceat extorq̄am⁹. Iniuriant᷑ ꝑfecto nobis: ⁊ a vero lōge recedūt: qui
talia dicūt nihil vnq̄ n̄ro noīe ab his extortū ē. q̄b⁹ b̄n̄ficia ꝯtulim⁹, vt illi garriūt
Nihil exactū: nihil petitū: p̄ter annatā vetusto iura debitā. At si q̄ ꝯ͂ thurcos pecu
niaria nobis subsidia obtulerūt: nō recusauim⁹ nec recusare quidē debem⁹: ꝓ tā
ta xp̄iane religiōis necessitate. Pecunias aūt hmōi ⁊ al's vndecūq; veniētes: nō
vsurpam⁹ nobis. Nō recōdim⁹ in archa: nō exponim⁹ in iocalib⁹: nō ꝯsumim⁹ in
delicijs: ſ in defensionē fidei ꝯuertim⁹ ⁊ in oppōsitione ꝑfide thurcoꝝ gent̄ ad n̄rm
exterminiū sp̄ intēte. Innumerabiles sūt ⁊ intolerabiles nobis q̄s indies subim⁹
expēse: nūc in oriētē legato classis n̄re: nūc ī albaniā scanderbechio fortissimo xp̄i
athlete indefessoq; bellatori: nūc legat̄ ⁊ oratorib⁹ in diuersas mūdi ꝑtes emissis
nūc istis nūc illis ꝑ greciā ⁊ asiā laborātib⁹: ne destituti piclitarent᷑ pecunias mit-
tim⁹: nec fuerūt inanes huiuscemodi sūpt⁹. Licȝ em̄ nobis in dn̄o gloriari q̄ ꝑ mi
nistros suos torpētib⁹ ac pene dormiētib⁹ cūctis ferme xp̄ianis principib⁹ nobis
tm̄mō instātib⁹ atq; vrgentib⁹ thurcoꝝ sup̄bissima cornua ⁊ insolētissimas acies
apud hūgariā ꝯfregit: magnūq; illū ⁊ potētissimū exercitū ꝓstrauit: q̄ sibi nō hū-
gariā modo: ſ germaniā totā galliā atq; italiā ꝓterere: legēq; xp̄i fundit⁹ euertē
ꝓmittebat. Itaq; liberauit dn̄s ꝑplm̄ suū sub ꝑ̄sulatu n̄ro: plebēq; suā ex ipis q̄-
dāmodo faucib⁹ crudelissimi siue imanissimi draconis eripuit: nūc q̄ȝ classis n̄ra
rhodū tuet᷑. Cyprū mithilenē chium ⁊ oēs ī oriēti xp̄iani noīs insulas q̄ sine tali
p̄sidio haud quoq̄ thurcoꝝ nauib⁹ indies incursantib⁹ resistere potuisset quodq;
laudabili⁹ est ac diuino nobis munere ꝯcessum: nō tm̄ q̄s dixim⁹ insulas: legatus
noster sua prudētiā ⁊ armoꝝ robore tutat⁹ est: ſ alias plerasq; thurchoꝝ dn̄o ser
uiētes: ad aplīce sedis deuotionē obediētiāq; redegit: nouissimeq; nō pauca eo-
rūdē thurcoꝝ nauigia ad oppugnādas xp̄ianoꝝ insulas exeuntia: potent᷑ inuasit:
debellauit: ī ꝑtātē recepit. Nec albania ingruētes barbaroꝝ impet⁹ ꝓrimis die-
bus inclinare potuisset: nisi n̄raꝝ interuenissent pecuniaꝝ auxilia: q̄ scāderbechio
misim⁹. In his nos reb⁹ pecunias ꝯsumim⁹: in his ꝓfūdim⁹ q̄cq̄d vndecūq; cor
radere possim⁹ auri vl' argēti honorē dei nō n̄rm q̄rim⁹: ꝓ salute ꝑpl'i nobis cōmissi
laboram⁹: nō ꝓ priuata vtilitate n̄ra. Curam⁹ ne n̄ro tp̄e xp̄ianū nomē spurcissi-
mi thurcoꝝ pedes ꝯculcare possint. Sȝ nō sūt h̄ onera q̄ nos soli portare q̄am⁹:
vel sedes aplīca valet ꝑ seipam tolerare: facim⁹ tn̄ qd̄ possum⁹: ⁊ q̄escentib⁹ alijs
q̄ nobis auxilio eē deberēt: instam⁹ acceleram⁹: vrgem⁹: nihilomittim⁹ ex his q̄ fa
cultates n̄re ꝑmittūt. Necessaria nobis detrahim⁹ vt incūbēti necessitati ꝓ ꝑte
nobis possibili subueniam⁹. Que cū ita sint audēt tn̄ nōnulli paꝝ q̄dē religiosi ⁊
ad cōe bonū min⁹ intēti nos redarguere ꝙ ab his pecunias recipim⁹ q̄ ꝓmouent᷑
q̄uis spōte ablatas in classem ꝯ͂ thurcos emissaȝ. Qd̄ q̄ȝ iniq̄ agunt iā plane pro
spicis. Sȝ aiūt pleriq; ꝯcordata de q̄b⁹ mētionē supra fecim⁹ ꝑ nos minime obser-
uari: affirmātes electiōes. Epoꝝ alioꝝq; p̄latoꝝ nos ꝑuipēdē: ac ꝓrsus abijcere
qd̄ pari mō neq; vere neq; iuste nobis obijcit᷑. neq; em̄ electiōes p̄latoꝝ ī germa
nia factas q̄uis pacto ꝯtenim⁹: neq; ex cōcordat̄ oēs passim electiones ꝯfirmare
tenemur: ſ illas tm̄mō q̄ canonice expiunt᷑: qd̄ q̄dē a nobis diligent᷑ custoditū ē
Nūq; em̄ aliquā electionē repim⁹ quā repim⁹ eē canonicā. Viros aūt q̄plures il
lis eccl'ijs siue mōasterijs p̄fecim⁹ in q̄b⁹ elect̄ etiā min⁹ canonice ꝑtendebāt᷑. Et
si aliq̄ sūt q̄ ꝯfirmationē petētes nō obtinuerit: sūt aūt paucissimi: sciāt se idcirco
ex sua petitione cecidisse: q̄r nec canōica fuerat eoꝝ electio nec ꝓmotio eccl'ijs ad
q̄s vocabant᷑ fuisset vtilis. Ptāte aūt illa q̄ nobis ex diuino atq; hūano iure sil'q;
ꝯcordatis ex p̄dictis cōpetit ꝓuidēdis eccl'ijs de ꝑsona magis idonea etiā si ca-

nonica in illis electio facta repiat̃:adhuc nō sum⁹ vsi:nec vti ꝓponim⁹:nisi ex ma
gna ⁊ vrgentissima cā. Sup reseruationib⁹ aūt ceterisq₃ bn̄ficioꝝ ꝓuisionib⁹ de
qbus silr̄ accepim⁹ q̄relas corā tua serenitate fuisse ꝓpositas: nō sum⁹ memo-
res aliq̄d a nobis eē cōcessum ꝯ cōcordata ꝓdicta. Qz si q̄d tale factū est vt sepe ī
multitudine lr̄arū ac negocioꝝ aliqua trāseūt:neq₃ bene gesta neq₃ bn̄ reuisa:nō ē
intentioni nr̄e aut ordinarioꝝ mēsib⁹ derogare:aut cōcordatis ipsis ꝯtrauenire
Quinimo q̄zuis liberrima sit aplīce sedis auctoritas: nullisq₃ debebat pactionu₃
vinculis cohereri:ex mera tn̄ liberalitate nr̄a:ex zelo quē gerimus ad pacē:ex cha
ritate qua te tuāq₃ nationē ꝓsequimur:ꝯcordatis ipis locū eē volum⁹:nec pa-
tiemur ea temere violari dū romana sedis gubernacula retinebim⁹. Si q̄d pte-
rea est qd ipsi nationi molestū videat̃:ex his q̄ ꝓdeūt ex nr̄o solio. Idq₃ fortasse
dignū emēdatione censet̃:possum⁹ em̄ ⁊ nos vt hoīes aliqn̄ labi atq₃ errare i his
maxime q̄ fati sūt non decet ep̄os aut alios quosuis mortales sup aplīcā sedē au-
ctoritatē sibi vēdicare:aut illos imitari quoq̄ mō q̄ pessimo more detestabiliq₃ ex-
emplo in ꝑniciē ecclīastice ierarchie in cōfusionē mystici corporis xp̄i in aiaꝝ sua
rū ruinā:leges sibi cōstituūt:ꝑ q̄s licitū sibi esse arbitrant̃ aplīce sedis mādata cō
tēnere:ac ꝓ suo volūtatis arbitrio ecclīastica dispone spūaliaq₃ negocia. Naz q̄
talia ꝓsumūt alieni sunt:deū patrē suū appellare nō pn̄t:q̄ matrē ecclīam recogno
scere nolūt:s₃ tāq₃ mēbra vel putrida vel arida a reliquo corꝑe recidi debēt. Nulli
em̄ ꝑmissa facultas est:vt ꝯ romanā ecclīaz oīm fideliū matrē ac ingrām recalci-
trare possit:vel se ab illi⁹ impio subtrahere. Cōmendādus est vna in domo pasca
lis agn⁹:manere oportet in archa regnāte diluuio: cui cura est ne pereat. Vn⁹ de⁹
vna fides:vnū baptisma. Vn⁹ xp̄i vicari⁹ in terris ē:q̄ celos bn̄ merētib⁹ apit clau
dit aūt malignātib⁹. Si q̄s aūt arbitrat̃ secū nō bn̄ agē aplīcā sedē:recurrē ad eā
dz:grauamē suū exponē:remediū petē:nūq₃ pia mr̄ filioꝝ desiderio deerit. qd vi-
derit ad salutē eoꝝ ꝑtinē. Et tu ḡ serenissime impator:si q̄d arbitraris tue natio-
nis p̄latos hr̄e qd ꝑ nos emēdari debeat:admone eos: hortare ⁊ vrge vt ad nos
veniētes suas nobis necessitates exponāt:grauamina referāt: desideria ꝓferant
Nā votis eoꝝ q̄ a rōnis tramite nō discordēt:tāto libenti⁹ annuem⁹: q̄nto confi
dēti⁹ eos ad nos recursu₃ hr̄e videbim⁹. Ceteꝝ q̄r charissimū in xp̄o filiū nr̄m la
dislaū hūgarie ac bohemie regē illustrē nōdū recōciliatū tibi eē ꝑcepim⁹:s₃ adhuc
int̃ te atq₃ ipm̄ lites eē ferunt̃ ꝑingētes:q̄zuis nō dubitam⁹ ꝓ tua te sapia ea dūta
xat seu q̄rere seu velle q̄ sint eq̄tati ac iusticie ꝯsona:q̄r tn̄ discordia vr̄a tāto mag
nō angit:quāto magis xp̄iane reipublice dānū resultat. Serenitatē tuā rogamus
vt ante tuos ponas ꝓmū cū quo ꝯtēdis:⁊ vbi ꝯtēdis:q̄r cū carne tua:cū sanguie
tuo:cū fratrē tuo:⁊ in domo tua. in agris paternis:in hereditate auita bellu₃ ge-
ris:in quo nec ꝑdere nec vincere tutū est. Cōsidera q̄ tu impator es aduocat⁹ ec-
clesie:ꝓtector fidei catholice:prim⁹ int̃ seculi ꝓncipes. Prim⁹ q̄ arma ꝓ defensio
ne religionis nr̄e induere debeas. Cōsidera q̄ tu ille es in quē oīm xp̄ianoꝝ oculi
ꝯiecti sūt:q̄ si (queādmodū tibi ex officio incūbit) aduersus impiā thurcoꝝ gen
tē arma ꝓmoueris:vniuersos ferme reges ac ꝓncipes vt te sequāt̃ ꝓuocabis la-
bentēq₃ rē xp̄ianā magnifice subleuabis. Sin vero domi māseris aliīs occupat⁹ cu
ris:nemo erit q̄ bellū xp̄i gerere velit:erisq₃ tuipse cā cur nr̄o tp̄e fides catholica
negligat̃. Intellexisti q̄ fecerūt thurci supiorib⁹ annis:vt cōstātinopolim orienta
lis imperiī caput:ac tocius grecie colmē inuaserūt:vt vrbes q̄zplimas incēderūt:
vt xp̄ianū sanguinē effuderāt:vt altaria euerterūt:vt scōꝝ reliquias canibus ob-
iecerūt:vt imagines dei nr̄i glīoseq₃ matris ei⁹ aut lanceis effoderūt aut sputis lu
toq₃ deturparūt. Scis q̄ nūc cogitāt q̄ parāt q̄ moliunt̃:nullū illis studiū arden-
tius:nulla cura ꝓpēsior est q̄z vt ea agūt ꝑ q̄ possint xp̄ianā gentē fundit⁹ ꝑdē: vin-
cula:verbera:neces:fidelib⁹ oībus cōminat̃. Prope ē eoꝝ gladius ⁊ adesse festi-
nāt tp̄a:⁊ tu interim ac patruelis tuus. arma q̄ merito in hostes fidei verterent̃:
ꝯ subditos ⁊ vasallos vr̄os exercet̃. Dices fortasse q̄euissem nisi me magna neces

sitas impulisset: s parate fuerūt insidie mihi: hereditas mea in p̄iculo posita est. Coactus sum arma ꝓ defensione capescē. Inuitus pugno cū sanguie meo: possibile est qd̕ ais nihil inficiamur age: sint vera q̄ refers oia sit iustissima tua cā: at iustius est ꝓ xp̄o pugnare ꝛ maior necessitas est hereditatē xp̄i q̄ꝫ tuā defēdere. Si tua perit est adhuc vbi salueris. Si perit xp̄i hereditas (qd̕ tn̄ nullo pacto futuꝝ putam⁹) ꝛ tuā hereditatē perire oportet: ꝛ xp̄iane reipublice fūdamēta corruere. Cogita igit̄ de cōi p̄iculo prius ꝛ maiora minoribus anpone. Exq̄rito oēs vias q̄bus cū patruele tuo quātū sanguine iungeris tantū dilectione ꝛ affectu sincero copuleris: nec illi imputes quoqñō q̄ p̄ alios etati tenere subgerunt. Audiuimus dilectū filiū nobilē virū ludouicū bauarie ducē inter te ꝛ ipsum patruelē de pace actuꝝ in austriā descendisse. Credimus ꝛ dilectū filiū nostrū iohannē cardinalem sancti angeli ap̄lice sedis legatū queadmodū sibi scripsimus eisdē tractatib⁹ int̄ futurum. Age flecte animū ꝛ amplectere bona mente cōcordiā: noli omnia que tibi debent̄ exquirere: esto contētus his que potes obtinere. Nec graueris ꝓ bono pacis de tuo iure pauca dimittere. Deus ꝓ cui⁹ cā paceꝫ accipies: maiora tibi retribuet. Cōmēdabunt oēs tuā sapientiā que furori tēperantiā arrogātie humilitatē: duriciei māsuetudinē: tenacitati largitatē obiecerit. Sit finis aliquādo ciuilis ꝛ intestine discordie vt tandem cū patruele tuo recōciliatus: ꝛ tu ꝛ ipse ceterique germanice terre ꝓceres quoꝝ consueuit in armis esse inuicta virtus vniq̄ iā viribus ac cōcordibus animis in thurcos militaria signa feratis. Infelices xp̄ianos q̄ p̄ greciā captiui merent̄: a iugis seruitutis eximatis: ac regiaꝫ ciuitatē que de cōstantino cesare nomen habet q̄ꝫ turpiter pridem amissa fuit: tam gloriose recuperetis. Hec scripsimus tue serenitati nō sine fiducia singulari. ꝓ ea qua tibi ꝛ inclyte nationi tue ingenti charitate sum⁹ affecti. Tuum est vt hec tam bono aio recipias q̄ꝫ sunt a nobis optimo corde ꝓlata. Datū ro. apud sanctū petrū pridie kl. Septēbris. M.cccclvij. dictata p̄ eneā cardinalē senen̄.

Excusat rōne se p̄ces non posse exaudire.

## Epistola.ccclxxxvj.

Eneas cardinalis senen̄. Bartholomeo etensi artium ꝛ medicine doctori phisico archiepi̅ moguntini. S.p.d. Reddidit nobis vigandus lr̄as tuas que gratissime fuerūt tuā bonā valitudinē indicantes. Voluissemus petitioni tue morē gerere: sed nos non decet cōtra primarias preces imp̄atoris aliq̄d attemptare: quia illas impetrauimus ꝛ sepe defendim⁹: ꝛ imp̄atorie maiestatis honorē tueri debemus qui ab illa ꝓmoti ꝛ magnificati sumus. Si qua alia in re possemus tibi complacere esset id nobis voluptati. Vale ex roma die.xxviij. octobris. M.cccclvij.

Certiorem reddit amicū largū esse animum sibi complacendi.

## Epistola.ccclxxxvij.

Eneas cardinalis senen̄. Nicolao arzimboldo. S.p.d. Quis raras ad te lr̄as dederimus. Nā he secūde sunt: postq̄ꝫ cardinalatus honorē cōsecuti sumus. Nihil tn̄ min⁹ te amam⁹ ꝛ reueremur. Est indelibilis memoria illius dulcissime ꝯsuetudinis quā simul florētie habuim⁹. Recordamur q̄nto fauore nos mediolani duꝫ legatione cesarea fungeremur: ꝓsequebaris. Neq̄ obliti sum⁹ eoꝝ q̄ rome in coronatione imp̄atoris vna agitauim⁹. Que oia suauissimā mihi reddūt recordationē tui nois. Ad hec accedūt amplissima in me merita casparis schlick cācellarij cesarei. q̄ suis necessarijs ꝛ amicis mirūimmodū nos obligatos tenēt. Hec scribim⁹ semel ꝓ multis vicib⁹: vt scias nobis aim eē cōplacēdi ꝛ tibi ꝛ tuis oibus. Nā quotiens tuo noie requireremur: totiens in memoriā charissimi amici non sine voluptate quadā reuocamur. Ex te aliud nihil petim⁹ nisi vt nos ames ex veteri cōsuetudine: ꝛ illustrissimo principi duci mediolani cōmendatos efficias. Cuius clarissima virtus oēm inuidiā fugauit. Vale ex vrbe ro. iiij. nonas decembris. M.cccclvij.

Rn̄det francoꝝ regi sup materia ep̄atus tornacen̄.

# Epistola. ccclxxxviii.

Ius ep̄s seruꝰ seruoꝝ dei charissimo in xp̄o filio karolo regi frācie illu...i
salutē ⁊ aplicā bn̄dictionē. Que ad nos de cōditionibꝰ tornacen̄. ciuitatis
tua serenitas scripsit: nō diffitemur ita eē vt scribis: abūdās em̄ multitu-
do ꝑpli est in regni tui cōfinibꝰ: q̄ māsit in tua ⁊ ꝓgenitoꝝ obia seculis multis: ꝓ-
betq; tibi oportunitate loci cōmoda ꝑmulta ⁊ magna. Qd̄ vo adiungit eccliam
ipam ꝑmissaꝫ tibi in ꝑsonā cardinalis ꝯstātien. fuisse in eo vel tua maiestas infor
mata vere nō est. vel q̄ de ea nos cōpellarūt rn̄sa nr̄a interꝑtati bn̄ nō sunt. Viuē
tiū bn̄ficia cuiq; ꝓmittere mos noster nō est. nec fuisse in hūc diē (adiutore deo.)
meminimꝰ. Recordamur oratoribꝰ dixisse cū vacare illā ꝯtingeret: rē facturos
de qua cōtentari merito posses: daturos aūt cui velles eā ecclia͡ꝫ nec dixim ꝰ vnq;
nec cogitauimꝰ. Adueniēte tn̄ obitu trāslati epi facē maiestati tue rē gratā in aio
gessimꝰ ꝑ obitū nō vacauit. Senex grādeuꝰ incōmoda multa ꝑferre in ea ciuita-
te nō valēs: ꝓcatus ē illuc robustiorē trāsferri. Fuit iusta ⁊ pia eiꝰ petitio. Rare
vel nulle supplicationes hmōi a sede aplica solēt repelli. Si doles hoiem duci bur
gudie subditū illic eē ꝓpositū: minor culpa hec nr̄a est q̄ fuerit ꝓdecessoꝝ nr̄oꝝ q̄
plures burgūdos illic statuerūt. Nos rem nouā nō fecimꝰ: veterē ⁊ vsitatā sumꝰ
secuti. Hoc qꝫ ad trāsferendū tullen̄. ꝓniores nos fecit. q̄ sicut serenitas tua intel
ligit. tota tornacen̄. dioceſ sub dn̄atu ē burgūdoꝝ: nec putamꝰ videri incōueniēs
posse: si ex dominio illo daret̄ ep̄s. intra cuiꝰ limites maior ē ⁊ amplior iurisditio
nis illius ps. Nā q̄ tua serenitas q̄rit̄ ⁊ his ⁊ aliis rebꝰ se cernē cōmoda regni tui
⁊ cōsanguineoꝝ tuoꝝ nobis paꝝ cordi eē. In hoc credimꝰ euenire tibi qd̄ nobis:
vt em̄ tu cōplaceri tibi a nobis sepe non putas. sic nos sepe exaudiri a te vota nr̄a
nō cernimꝰ. Nō tn̄ ꝓpterea de tua in nos volūtate sinistrū aliqd̄ credimꝰ: cogita-
mus sꝑ causas tibi aliq̄s eē ꝓpter quas non fortasse posses q̄ volumꝰ. Accusamꝰ
necessitatē mēte: ⁊ aio equissimi sumꝰ. Par officiū a te reqrimꝰ charissime fili nec
vellemꝰ quotiēs tibi obtemꝑatū nō est: totiēs de aio nr̄o iudiciū faceres. Memi-
nimꝰ in graꝫ tuā multa fecisse honore tuo multa multis dedisse. Si sꝑ nō dedimꝰ n̄
semꝑ eē aplica sedes pōt vt vult. Multa illā circūspicere oportet: multa metiri.
Ita sꝑ actiones suas dirigē: vt reddē illaꝝ rōeꝫ deo ⁊ hoibꝰ possit. Postremo q̄
nobis denūcias te ꝑmissurū nō eē vt idē tullen̄. tornacen̄. ecclie ꝑsit. Nihil in hoc
aliud rn̄demꝰ. nisi maiestatē tuā sane intelligere qd̄ regē catholicū deceat. Et nos
ꝯstanter sperare te si factū nr̄m diligentius cōsiderare volueris: nihil dissimile a
claris ꝓgenitoribꝰ tuis eē facturū: q̄s nō minus veneratio in eccliam dei ⁊ obediē
tiā in sanctā sedē aplicā q̄ cetera gloriosa facta illustrarūt. Ipaꝫ aūt trāslationē
cū facta solēniter sit: mutare sine repꝛhensione nō possumꝰ. Vnū a te petimꝰ cha-
rissime fili: vt detractoribꝰ sedis aplice semꝑ nō credas: multa illoꝝ passionibꝰ tri
buas ꝓ certo habeas nos serenitatē tuā amare. Illi cū possimus obsequi cupere
nec ꝓtermissuros vnq; occasionē aliquā eē in qua tue bonitati placere cū deo pos
semus q̄ si in aliquo ꝑiudicatū tuis iuribꝰ putas: parati sumꝰ tue celsitudini iusti
ciam cū omni benignitate administrare: Datū ro. ix. decembris anno. lx. pontifi-
catus nostri. anno tercio.

Ad eundem in eadem causa.

# Epistola. ccclxxxix.

Ius ep̄s seruꝰ seruoꝝ dei charissimo in xp̄o filio karolo regi francie illustri
S. ⁊. a. b. Nisi tua signata manu ⁊ tua fuisset impꝛessa sigillo: nūq; tuā puta
uissemus ep̄lam quam tuo nomine michael secretariꝰ tuus nouissime ad
nos detulit. Multa em̄ cōtinet q̄ a tua prudentia ⁊ tuo scribēdi more vident̄ alie
na. Sꝫ neq; portitor neq; signū neq; subscriptio patit̄ vt tuas lr̄as eē dubitemꝰ
que tā q̄ abs te misse reddite sunt: eas ob res cogimur rn̄dere ⁊ nr̄aꝫ excusare in-
nocentiā. Neq; enim nos sumus qui vel tuā serenitatem vel aliū quēpiam odio

ꝑseq̄mur. aut odij causa q̄cq̄ȝ agam⁹. Nos q̄dem tuaȝ mansuetudinem sp̄ amauim⁹. sp̄ magnificauim⁹. sp̄ obſuauim⁹. Tū ꝓpt maioꝝ tuoꝝ gl̄iam ⁊ magnifica gesta. Tum ꝓpt modestiaȝ ⁊ religionem q̄s in te sitas vidicim⁹. Nec q̄ȝ sane vnq̄ȝ in aīo nr̄o fuit q̄cq̄ȝ agere qđ tibi aut incōmodū eēt aut molestū. s; alr̄ tibi ꝑsuasuȝ est vt scripta tua ostendunt tam nobis q̄ȝ sacro collegio nr̄o directa. Ignoscat his diua bonitas q̄ talia suggerūt q̄ꝝ magnum est pctm̄. summa iniq̄tas. mala mēs. malus anim⁹. Illoꝝ est q̄ tuam excellētiam aduersus nos irritare aut ꝯmouere nitunt̄ similes illis sunt q̄ filium tuū a te alienauerūt. illi em̄ carnalem p̄ri filium abstulerūt. hi nobis sp̄ūalem auferre nitunt̄. s; minime obtinebūt si tuam ꝯstanciam ⁊ moderatōȝ retinebis. ⁊ nr̄is vocib⁹ auscultabis q̄ non tam nr̄e sunt q̄ȝ dei ⁊ filij ei⁹ xp̄i cui⁹ vicariatū nō nr̄is merit; s; sua dispēsatōe in terris gerim⁹. Audi ḡ nos fili ⁊ in charitate accipe q̄ ad tua sc̄pta r̄ndem⁹. Scribis de tornacēsi ecclia ad quam translatū esse. tulleñ. ep̄m haud eq̄ animo fers. putasq̄ȝ tibi iniuriam factam q̄ꝑ p̄ces tuas nō exaudiuerim⁹ q̄s ꝑ cardinali ꝯstantie ad nos porrexisti. ⁊ plurima subiūgis q̄ paulopost capitulatim attingem⁹. s; p̄usq̄ȝ hoc agim⁹ rē gestam accipe. sic em̄ ⁊ tua ⁊ nr̄a cā meli⁹ cognoscet̄. Fuerūt oratores tui vel bis vl̄ ter p̄usq̄ȝ vacaret ecclia tornaceñ. dixerūtq̄ȝ nr̄m antecessorē eccliaȝ ipaȝ disponi sue reſuasse. vt ꝯtingente vacatōe illi ꝓuideret de ꝑsona tibi accepta. petierūtq̄ȝ vt nos idem efficerem⁹. cū tue solēnitat; plurimū interesset in ea ciuiate q̄ tua eēt. ep̄m p̄sidere tue maiestati fidum ⁊ acceptū. Idem egere nobiscū duc; burgundie legati nō semel s; iteꝝ atȝ iteꝝ. dicētes diocesim tornaceñ. fere totaȝ ⁊ reddituum maximaȝ ꝑtem in ꝑtāte ipsi⁹ duc; ꝯsistere. ad quē magnopē ꝑtineret ep̄m tornaceñ. eum creari q̄ sibi amic⁹ ⁊ char⁹ eēt. ꝓpt magnas ⁊ opulētas flandrie ciuitates vicinas anglic;. in q̄bus stat⁹ sui robur ꝯtinet̄. adiciētes retroactis tp̄ib⁹ maxie a. lxx. annis citra nunq̄ȝ in ea ecclia p̄fuisse. q̄ nō ex charis duc; burgundie fuisset. ⁊ q̄ꝑ vn⁹ alr̄ ꝓmot⁹ ab eugenio tādem trāslat⁹ extitit ad eccliaȝ narboneñ. cū pace illic potiri nō posset. Intelleximus rem vtcūq̄ȝ arduaȝ atȝ ꝑplexaȝ. nec vel tuis vl̄ duc; oratorib⁹ q̄cq̄ȝ certi ꝓmisim⁹. s; negātes nr̄i moris esse ꝓ aliq̄ noiatim ecclesiam cathedralē reſuare. r̄ndim⁹ ꝯtingente vacatiōe nos ecclie illi ita ꝓuisuros vt nulli cā q̄rele merito eē debeat. Cūq̄ȝ tui oratores ꝓ ꝯstātieñ. cardinali reſuari eccliaȝ peterēt. burgūdi vo ꝓ ep̄o traiecteñ. dixim⁹ a ꝑte nulli duas eccl̄ias cōmissuros ꝓut ipsi efflagitabant. Hec sunt ꝓmissa nr̄a. h̄ acta vobiscū sunt añ vacatōȝ. eratq̄ȝ nr̄m desideriū vt nunq̄ȝ h̄ vacatio nr̄o tp̄e incideret. cū viderem⁹ absq̄ȝ turba ⁊ molestia huic ecclie ꝓuideri nō posse. Veꝝ nobis senas ex mātua reuersis reddita sunt autētica sc̄pta ⁊ mādata. ꝑ q̄ tornaceñ. ⁊ tulleñ. epi ex iustis causis desiderabāt inuicē eccl̄ias suas designare. ⁊ ad alťutra trāsferri. admisim⁹ nos resignatōes. ⁊ trāslationes fecim⁹ de fratꝝ nr̄oꝝ ꝯsilio. Deinde cuȝ viterbij essem⁹. anteq̄ȝ trāslationes p̄dicte effectū sortite fuissent. nūciat⁹ est nobis obitus epi tornaceñ. ꝯmisim⁹ cāȝ vt fit vni cardinali. ⁊ facta est relatio in ꝯsistorio libere ⁊ grauit̄ oēs frēs nr̄i sn̄ias suas dixere. placuit oib⁹ tulleñ. ep̄m ad eccliaȝ sic vacantē trāsferri. nihil sine ꝯsilio ⁊ matura deliberatōe fratꝝ egim⁹. oia eis aꝑuim⁹. q̄ vel tui vel alij oratores in hac cā exposuerāt. quāq̄ȝ ꝑ sese cūcta nossent. fecim⁹ hanc trāslatōȝ suadētib⁹ frib⁹ q̄ꝝ aliq̄ affirmauerūt tulleñ. olim ep̄m tue serenitati ⁊ fidelē ⁊ acceptū esse. ac ꝑ ei⁹ mediū tibi vt duci burgūdie ꝯplacitū iri. Cūq̄ȝ p̄r ille antiquus q̄ mult; annis cū laude tornaceñ. administraret ecclie. in extremis vite sp̄ōse sue de hac ꝑsona ꝓuidēdum esse censeret. nō videbat̄ eius vel votum vl̄ ꝯsilium sp̄nēdum. Fecim⁹ ḡ hanc ꝓuisionem. nec vidimus aut frēs nr̄i viderunt pensata loci ⁊ tp̄m q̄litate vtili⁹ posse ꝓuideri. q̄ꝑ si h̄ tue serenitati nō placent nō est tñ q̄ꝑ ea in tuam ꝯtumeliaȝ facta esse diiudices. cū nos te amem⁹ ⁊ honoratū sp̄ eē velim⁹. Sȝ iaȝ ad ꝑtes tue ep̄l̄e reuertamur eisq̄ȝ q̄ad possum⁹ satisfaciam⁹. Dicis in p̄mis te nunq̄ȝ cessatuꝝ q̄usq̄ȝ tua dep̄catio exaudiat̄. non oportebit te diu ꝯtēdere si ea petieris q̄ cum honestate ꝯcedere valeam⁹. est em̄ lucꝝ nr̄m cū



nō de rege
Ludouico [illegible]
auffugit a patre
qui redarguerat
patre de quad
meretrice qua
regime pferebat
et pfugus ad du
burgundie iuit
quo usq̄ȝ ad mo
patris stetit
mortuo ipo
dux maxime
honore et
pfatu Ludouicu
rege gallorum
fecit quibus
partis: pfatus
Ludouicus bell
pestiferu prope
parisius habint
cū filio pfati d
burgundie nomin
karrolo

tibi ceteriſq3 regibus iuſta petentibus ꝯplacem⁹. Dicis te loqui de re tui dominij
Juriſconſulti duplex dominium tradunt. Alterꝝ directum. alterꝝ vtile. Ciuitas
(vt aiunt) vtroq3 iure ad te ptinet. dioceſ dirctio tñ. Nam vtile ducl eſt qd̄ mul
tipluris faciunt. nec tua excellētia epatib⁹ hacten⁹ vim fecit q̄ in ducatu burgun-
die vacauerūt q̄uis aſſeras ⁊ vere aſſeras ꝑncipatum illum ſicut ⁊ flandriam a
tua corona dependere. Dicis te inſtare ꝓ cardinali ꝓ pſona digna ⁊ benemerēti
Nihil ꝯ pſonam eius dictum eſt. Laudam⁹ hoiem ⁊ quis honore dignum cenſe
m⁹. cui cardinalat⁹ inſignia miſim⁹. Rubꝝ pileum. quis egreferimus. ſi verū eſt
qd̄ aliq̄ retulere eum. ſ. in tua curia nō vti cardinalat⁹ inſignib⁹ q̄ſi non accipet
cum honore decēti. qd̄ ſi ita eſt. decet tuam excellētiam q̄ dicit ſe cardinales ama-
re in hac re ita ꝓuidere. ne dignitas cardinalat⁹ in tua curia minor vel abiectior
q̄ in alijs videat. Dicl nō decere cardinalem pati repulſam. nō patiet ſi ea petie
rit q̄ abſq3 alteri⁹ iniuria cū dei bn̄placito ꝯcedi pn̄t. Dicl eccliā3 fuiſſe reſuata3
⁊ rem hanc a ꝑdeceſſore nr̄o calixto ꝑconceſſam. cum calixt⁹ obijt oia ei⁹ ꝓmiſſa
inſierūt. ſi vixiſſet in hanc diē tui mos geſtus eſſet. nūc de eo nihil poſſum⁹ iudi-
care. ſciunt docti reſuatōes ſuas ad nr̄a tpa non extendi. Dicl tuos oratores im-
patient a nobis auditos fuiſſe ⁊ vacuos remiſſos. Si legati nr̄i ita in tua curia
benigne viderent ⁊ audirent ſicut tui in nr̄a. multo freq̄nti⁹ q̄ faciant nūcij nr̄i
ad te accederēt. Ꝫ tui q̄tiens volūt die noctuq3 nos adeūt ⁊ q̄ volunt dicunt. nr̄i
vix plurib⁹ in mēſib⁹ tui copiam hn̄t. nec a tuis curialib⁹ benigne viſunt. quāq3
tua maieſtas in oi audiētia modeſta eſt ⁊ ꝑhumana. Neſcim⁹ q̄s ille eſt q̄ ſe dicat
a nobis impatient auditum. Duo cardinales ex tua natōe interfuerunt qn̄ vltimū
in hac re oratorem audiuim⁹ Rotbogeñ. ⁊ auinioneñ. ipſi teſtari pn̄t q2 vſq3 in fi
nem omni cū māſuetudine hoiem audiuim⁹. q̄q3 rn̄dendo aliq̄ eius ꝟba parum
moderata repꝛhendim⁹. Remiſim⁹ illum vacuū in petitōe tua. Ꝫ plenum in ſuis
Na3 grās q̄s a nobis petiuit cūctas intuitu ſerenitatl tue ꝯceſſim⁹. libenti⁹ tuas
q̄ ſuas audiuiſſem⁹. Ꝫ rei difficultas nō patiebat. Jlle cū ſatiſfacere tibi nō poſ-
ſet ſatiſfecit ſibi. ⁊ imemor accepte gr̄e nos criminat⁹ eſt. Dicl neq3 adrianū karo
li magni neq3 leonem ottonis ita intceſſiones rēnuiſſe. vt nos tuas repulim⁹ ⁊ q̄
nemo ꝯſecrabat epus niſi laudat⁹ ⁊ inueſtit⁹ a tuis ꝑdeceſſorib⁹. Quid feciſſent
illi duo romani pontifices in h̄ caſu neſcim⁹. qd̄ fecim⁹ ipſi ſcim⁹ ⁊ facti nr̄i rōem
reddere poſſum⁹. karolus ⁊ otto romani impatores fuere. ⁊ h̄ ꝑuilegiu3 a roma
na ſede obtinuerūt qd̄ refers ꝓpt ingentia merita. ⁊ q2 ita tpa poſcebant ⁊ arria-
norꝝ alioꝝq3 hereticoꝝ factiones q̄s impatoris malleo ꝯterere oportuit. Ꝫ cum
ꝑuilegium ꝟgeret ad nocam reuocatū eſt. ⁊ ſucceſſores illoꝝ impatoꝝ illi renū-
ciauerūt in ꝯuentu vormatieñ. Na3 ſicut ezechias ſpentē eneum a moyſe erectū
i heremo abſtulit. idq3 ꝯflauit qm̄ ydolatria3 inducebat. Jta ⁊ ꝑuilegia auferēda
ſunt q̄ ꝓpt vtilitatē publicam ꝯceſſa inueniunt eſſe damnoſa. Subiūgis q̄ neq3
calixt⁹ neq3 nicola⁹ neq3 alius ſimile aduerſus te agere attentaſſet ei⁹ qd̄ nos feci
m⁹. De mortuis nō eſt nr̄m iudicare q̄d facturi fuiſſent in humanis agētes. nos
certe aduerſus te nihil ex ꝓpoſito egim⁹. nec tibi aduerſi ſum⁹ neq3 acta nr̄a attē-
tata dici dn̄t q̄ fiunt in ſenatu aplico. in loco quē dn̄s elegit in ꝑma mūdi ſede in
beati petri auditorio. in ipi⁹ ſaluatoris tribunali. Videāt ne ipſi attētatores ſint
q̄ nobis reſiſtūt. ⁊ decreta nr̄a impugnāt ⁊ aplicis aduerſant mādatl. Dicis ꝑter
ſpē tibi eueniſſe q̄ in re tam honeſta aduerſantē romanu3 pontificē ⁊c. Vide q̄d
dicas. ſi tu id vis q̄ papa nō putat faciēdum. nō roman⁹ pōtifex tibi aduerſat. Ꝫ
tu ei aduerſari ⁊ pū ac mḡro tuo ꝯdicl. cui⁹ eſt de honeſtate iudiciū longe magis
q̄ tuum. Dicis ſi tandē ita fiet vt ceptū eſt. te nō ab re putaturꝝ aduerſus te ꝯce-
ptum odium. abſit a tua bonitate iſta h̄ cogitatio. q̄cunq3 agem⁹ in iuſticie truti-
na ſuſpēdem⁹. ⁊ nos nō vnq̄ aut odium aut gr̄a ex tramite recto deturpabit. mit
te has ſuſpitōes. neq3 his aures adhibeto q̄ peſſimū virus tuis aurib⁹ inſtillare
conant. velis cūcta pēſare. neq3 hoib⁹ ſue rei affectatl neq3 etia3 tibipſi credito.

Audi viros deum timentes. ⁊ an liceat tibi iudicare sedis aplice iudicia. plene co
gnosces ⁊ intelliges. nihil nos in tuā ignominiā aut molitos eē aut moliri velle
Adijcis tandem bona ⁊ digna bono regi vba. Absit inqs int quos decreta patꝝ
pacem ⁊ charitatem suari volūt scintillam crescere dissidij. Idem votū nos faci
mꝰ. nec nr̄a culpa int te nosqꝫ. vnqꝫ suboriet dissidiū. Faxit dīna pietas ne castā
tuam ⁊ piam mētem delatores eludāt. ⁊ ne tibi falsa ꝓ veris ondant. Dicis te ob-
seqntissimū ⁊ obedientē sancte sedis romane filium. h petimꝰ ne moleste pauca
feras patris vba. audies vba charitatis ⁊ fidei neqꝫ moueâris. si amaritudinis ali-
qd hn̄t. dulcia fient ⁊ suauissima si bono corde audient. Dicis te filium obedientē
ꝑce fili si hoc patꝝ ꝑnegamꝰ. si filiꝰ obediētie es. cur pragmaticam sanctionē tenes
atqꝫ defendis. Eugeniꝰ te hortatꝰ est vt illam dimitteres q nō est sm deum. Idem
petijt nicolaꝰ. idē rogauit calixtꝰ. tres romani pōtifices sancti ac venerādi pres
mō nūcijs ⁊ legatis. nūc lr̄is te rogauere. vt pragmaticā relinqres magni in ecclia
dissidij ac mali. tn̄ nunqꝫ audiuisti in hac ꝑte vocē ecclie romane. Ubi ḡ tua obe-
dientia vbi deuotio vbi religio. plus regni tui aliqbus p̄latis qꝫ rōne fidei auscul
tasti. loqmur cū fiducia sine felle sine arrogātia. amor in te nr̄ loq vrget. deꝰ in t̄-
ris ꝑ filium suū ihm xp̄m crucifixum aplicā sedē erexit. ⁊ p̄mū ac summū tribu-
nal esse voluit. nulla ptās est q huic eq̄ri possit. h de oībus hoībus ac dignitatibꝰ
iudicat. eā solus iudicat deꝰ. Non est de grege dn̄ico q romanū pontificē suum
eē pastorē negat. Audi qd dicat dn̄s. q nō colligit mecū dispgit. Certe cū xp̄o nō
colligit q cum vicario eius nō seminat. Pragmatica sanctio quā tui subditi ob
suant. nō est ex aplico semine. qppe q neqꝫ auctē aplica neqꝫ ꝯsilij generalis alicꝰ
auctē firmata est. Nametsi decreta aliqꝫ ꝯsiliorꝫ in ea inserta sunt ⁊ pontificum
sanctiones. nihil tn̄ ita reptum est vt ꝓmulgatū fuit. s vel additōes facte sunt vel
mutilatōes. qd p̄latis tui regni facere haud qꝫ licuit ⁊ sine damno aiarꝫ suarꝫ il
lis vti non pn̄t. Tacemꝰ qꝫ multa laicalibꝰ manibꝰ pragmatica ꝯcedit. q neqꝫ hu
mana neqꝫ dīna iura ꝑmittūt. Patere h dici fili. neqꝫ inuitꝰ audias veritatem. tui
aliqn̄ antecessores pragmaticam ferme silem ordinauerūt. videntes id sine sede
aplica facere nō posse abstinuerūt. Seqre vestigia maiorꝫ tuorꝫ. ⁊ dimitte hanc
pragmaticā quā xp̄ianissimi tui antecessores ignorauerūt. ⁊ si qd est qd reformā
dum sit in eccl'iastico regni tui statu. ꝯsule aplicam sedē q tuis honestis desiderijs
nunqꝫ deerit atqꝫ hic mō filium te obedientē ⁊ obseqntissimū appellare verissime
poterimꝰ. simulqꝫ tibi ꝯsules ⁊ regno. Dicis te nunqꝫ p̄ces porrexisse nob nisi ho-
nestas. mutant tp̄a ⁊ negādas reddūt multis ex causis. ⁊ multa faciem honesti hn̄t
q diligētiꝰ inspecta iniusticiam ꝯtinēt. Addis te ad iniuriam receptū nisi q po-
stules impetres. Iniuriꝰ eris ipse. si sine cā te passum iniurias dixeris. ⁊ p̄sertim
ab ea sede q mr̄ est iusticie ⁊ eqtatis. Postremo ꝑ amicitiā ꝑ charitatē ꝑ pacem
quā erga te suare debemꝰ multoꝑe rogitas. vt p̄cibus tuis annuētes tornacen.
ecclīā cardinali ꝯstantien. ꝯmittamꝰ. ⁊ tullen. epi translatōē reuocemꝰ. Nō ege
mꝰ tot adiuratōibꝰ aut tot p̄cibꝰ. nostrapte natura tibi morē gereremꝰ. si res ipa
ferret (s audiuisti quō res gesta est) iā tullen. translatꝰ est ex ꝯsilio vniuersi sena
tus aplici. ⁊ sue ecclie alter p̄fectus. quō fiet qd petis sine iniuria. Iam vo ventū
est vt ꝑti q̄situm ius sit. id sine cause cognitione auferri nō dꝫ. qꝫ si (vt oratores
tui dixere ⁊ lr̄e tue sonant) p̄iudicium tibi factum putas. ⁊ hanc translatōē iure
estimas reuocandam. iudiciū tibi rectum equūqꝫ offerimꝰ. Causa h de maioribꝰ
est ⁊ ad sedem romanam ꝑtinet. ꝑsuade tibi. ⁊ nullatenꝰ dubites. si cā cognita in
uenerimus ita esse vt arbitraris. facile obtinebis ab hac sede q voles. Nihil em̄
magis optamus qꝫ tue serenitati ꝑ iusticiā ꝯplacere. Hec ad tuas lr̄as. ad ea q
secretarius tuus exposuit nō censemus rn̄dendum. Ea em̄ dixit q de tua mente
nullo mō esse putamus. Datū rome. apud sctm̄ petrum. Anno incarnatōis dn̄i-
ce. M.cccc.lxj. viij. kal. aplis pontificatꝰ nr̄i anno. iij.

Hortat burgundie ducem oratoribꝰ principū asie
ꝓ otiuū ꝓbeat auditū de passagio ꝯ thurcos conāter. **Episto. CCCXC.**

Pius epūs ſuus ſuorꝝ dei. Dilecto filio nobili viro philippo duci burgundie. S. ⁊. a. b. Inualeſcente magno thurco fidei xp̄iane aduerſario. ⁊ infinitos pene xp̄ianos ſaluatoris nr̄i ih̄u xp̄i ſanguine in crucꝭ patibulo abunde effuſo liberatos in ſuam ſuitutē redigente. felicꝭ recordatōnis p̄deceſſores nr̄i. maxime Nicolaꝰ q̄ntꝰ ⁊ calixtꝰ terciꝰ curam aſſumpſerūt. ne thurcꝰ iſte p̄ualeret ꝓ viribꝰ ꝓuidendi. ⁊ q2 ſꝑabant in europa poſſe tantū efficere. ꝙ reges ⁊ p̄ncipes xp̄iani ſe volūtarios ⁊ fideles xp̄i milites in h̄ neceſſario tp̄e oñderēt. q̄ſqꝫ eorꝝ ad aſiam ⁊ orientis ꝑtes miſit dilectū filium lodouicū de bononia. frēm ordinis minorꝝ de obſuātia regulari. vt is ꝓ ſua prudētia rerꝝ locorꝝ hoīmqꝫ noticia xp̄ianos orientis ⁊ alios xp̄ianorꝝ amicos excitaret. ad faciēdum ſimilit arma ꝯ thurcum. Nos aūt cū in p̄deceſſorꝝ p̄dictorꝝ labores dīna ordinatōe ſucceſſimꝰ māturaꝫ acceden̄. ſimili ſpe ibidem xp̄ianorꝝ exercitū adunandi. eundem frēm ludouicū miſimꝰ cū inſtructōibꝰ opportunis xp̄ianos ⁊ amicos xp̄ianorꝝ ꝯcordandi ⁊ vt in thurcos eos vires ꝯiungerēt incitandi. data ei ſpe nos in europa nullatenus defuturos. accedēs frat ludouicꝰ oīa ſibi ꝑ nos ꝯmiſſa diligētiſſime ⁊ prudētiſſime eſt executꝰ. q̄ vt optimaꝫ illorꝝ regum ⁊ p̄ncipum obedientiam ⁊ deuotōꝫ quam h̄nt ad hanc ſedem ap̄licam intelligere poſſemꝰ curauit ſecū aduenire dilectos filios michaelem impatoris trapeſſundarꝝ nicolaum regis ꝑſarꝝ coſtopam ducꝭ georgione mānethem aſſenbech ſoldani meſopotamie morathum vbrecht in armenia dn̄m. oratores ⁊ nūcios. q̄ nobis lr̄as attulerūt ſuorꝝ dn̄orꝝ. exp̄mentes fauorem ad p̄ſumptuoſiſſimi thurci deſtructōꝫ ⁊ ſimul motiuaꝫ nr̄orꝝ deſideriorꝝ executōꝫ. Cū vero talium regū ⁊ p̄ncipum ꝯcluſiones ad honorē dei ⁊ fidei nr̄e tuitōꝫ tendunt. iō volumꝰ tuaꝫ ſerenitatē ꝑticipem fieri ipiſqꝫ iniūximꝰ vt cū p̄fato fratre ludouico nūtio ⁊ oratore nr̄o ad tuam veniāt celſitudinē. ⁊ ſingula q̄ nobis vbo ⁊ ſcp̄tis r̄nderunt plene referāt. Deſideramꝰ itaqꝫ a tua excellentia vt taꝫ ip̄m ludouicū q̄ꝫ ip̄os orientaliū oratores etiam nr̄a ꝯtemplatiōe ad tuaꝫ admittas audiētiam. ⁊ ſuorꝝ dn̄orꝝ ad ea q̄ xp̄i ſunt deuotōꝫ attente ꝯſideres. attendatqꝫ tua nobilitas. ꝙ nō minꝰ q̄ꝫ orientis reges obligat ad ſimilia ⁊ maiora i ꝯnis hoſtis deſtructōꝫ ꝓ viribꝰ impēdenda. ⁊ de hoc nos ac ip̄os ſimul ⁊ totam ecc̄liam ratam ⁊ ꝯſolatam reddes. eoſdēqꝫ q̄ntotiꝰ ad nos remittas votiue expeditos. Cōmiſimꝰ aūt dicto fratri ludouico vt nr̄o noīe celſitudinē tuam reddat certiorē. nos in oībus mātue ordinatꝭ ꝑ̄ꝑnos ⁊ ꝑatos ſine defectu futuros q̄ntum ad nos attinet q̄netiam vltra q̄ ibi ꝯcluſa ſunt ⁊ nos ꝯcernūt omnia nobis poſſibilia i dei laudē adiiciemꝰ. Datū ro. apud ſctm̄ petrꝝ. anno incarnatōꝭ. M. cccc. lx. ydibus ianuariȷ̄ pōtificatus nr̄i anno. iij. ſic ſignatum A de hirſpato.

Hortat ꝯ thurcum agere bellum ⁊ refert q̄nto auxilio
potētiſſime ih̄rl̄m obtinere ⁊ eū regē terre ſcte ꝯſtituere. **Epi. CCCXCI.**

Illuſtriſſime dux burgundie. Ego dauid impator trapeſſundarum poſt plurimam ſalutem. libenter ad te ſcribo de his q̄ hic apud nos occurrunt vt cum certior factus ꝓ tua regilione ⁊ amore erga fidem nr̄am poſſis deliberare q̄d tibi agendum ſit. Nuper em̄ ego ⁊ reliq̄ xp̄iani p̄ncipes q̄ in iſtis ſummis regionibus fedus atꝫ ligam iniecimus inter nos. bellum gerendi ꝯ thurcos ⁊ ego filiam cathoianis fris ⁊ p̄deceſſoris mei vxorem dedi aſambech q̄ filiꝰ fuit carailuch potentiſſimi p̄ncipis. Et hoc feci vt ip̄e firmus ſit ⁊ fidelis in liga quā nobiſcum fecit. ⁊ vt ꝑſeueret in bello gerendo ꝯ thurcū q̄ tenet ꝯſtantinopolim cū quo bellū iam gerere incepit multaſqꝫ illi regiones ⁊ opida pugnando cepit q̄ ꝓpe ꝯfinia ſua erant. nūc vero reuerſus eſt in ꝑriaꝫ ſuā. Itaqꝫ nos ⁊ ip̄i ꝑati ſumꝰ ⁊ expectamꝰ aduētum vr̄m ꝯ infideles. queadmodū dn̄s papa ad nos ſcp̄ſit. ⁊ ꝑ ſuum oratorē nobis ſignificauit. ꝙ vos latini p̄ncipes debeatꝭ inire ꝯſiliū in ciuitate mātuam vt faceretis exercitum ꝯ infideles. Quod ſi facietis nos ꝑati ſumus

Ego cum.xxx.biremibꝰ ⁊ cum.xx.milibꝰ hominuȝ. Asambech ꝓmptus est exire
ad bellum istud cū q̄nq̄ginta milibꝰ hoīm ad bellādam ⁊ subiūgendam bursiam
⁊ totam nataleam. Quapropt̄ rogo illuminatissimaȝ dominatōȝ tuam vt place-
at tibi dare aliqđ p̄ncipiū huic bello ex ꝑtibꝰ hūgarie. Nam si vos aliqđ impedi
mentū etiaȝ ꝑuum thurco inferetis. vt ip̄e ad diuersas ꝑtes distrahat̄ nos adeo
ip̄m vrgebimꝰ ex latere nr̄o vt facile destrui ⁊ debellari possit. Et si dn̄atio tua de-
liberat ad h̄ intendere ⁊ venire ⁊ aliquē tuoꝝ mittere. nos oēs orientales p̄nci-
pes ꝓmittimꝰ tibi p̄stare omne auxiliū opem ⁊ q̄cq̄d in nobis erit ad recuꝑan-
daȝ ihr̄lm. ⁊ te illiꝰ regem ꝯstituemꝰ. Et vt scias q̄ sumꝰ q̄ ꝯfederati sumꝰ ⁊ h̄ tibi
ꝓmittimꝰ. Ego in p̄mis q̄ patꝰ sum (vt dixi) cū.xxx.biremibꝰ. ⁊.xx.milibꝰ hoīm
Georgiꝰ rex ꝑsaꝝ ꝓmptꝰ est cū.lx.milibꝰ hoīm. Gorgora dux georgiane patꝰ ē cū
xx.milibꝰ eq̄tum Bendian rex mirigrelie cū suo filio ꝓmptꝰ est cū.lx.milibꝰ hoīm
qđ illi facile erit. Rabia cū suo fratre ⁊ suis baronibꝰ cū.xxx.milibꝰ hoīm. Natio
githoꝝ ⁊ aranoꝝ. ꝓmittūt militare sub vexillo georgij regis ꝑsaꝝ. Dardebech
dn̄s armenie minoris cū.x.milibꝰ hoīm. Asambech affinis meꝰ (vt dixi) infidel̄
ꝓmisit nob dare trāsitum ⁊ ꝑsonalit̄ venire cū q̄nq̄ginta milibꝰ hoīm. Sunt etiā
nobiscū ꝯfederati duo alij infideles dn̄i. Caromanꝰ ⁊ dn̄s Sinopꝑi q̄ ꝯtinuē q̄-
runt quō possint se vindicare de thurco ꝯstantinopolitano ⁊ terras suas recuꝑa
re. aliud imp̄n̄tiaꝝ ad dn̄ationē tuam nō scribo. nisi q̄ ꝯmendo tibi michaelē de
algeorij baronē ⁊ oratorē meum quem ad te mitto. cui fidem plenam sup istis re
bus adhibeas q̄ v̄bis oēm intentōēȝ ⁊ deliberatōȝ nr̄am exponet. Iteꝝ te oro vt
ne ꝑmittas h̄ nr̄m pium negociū ⁊ inceptū frustra fieri. qm̄ a deo factū credimꝰ.
Ego ex illo tp̄e q̄ amicitiā ꝯxi cum hoībus tuis q̄ ad has ꝑtes ꝑuenerūt. sꝑ mihi
agnitꝰ es. tuiq̄ȝ honoris. ⁊ dignitatꝭ fautor sꝑ fui eroq̄ȝ. Uale in xp̄o. Data trap-
pessunde in palatio nr̄o residētie. Anno dn̄i. M.cccc.lix. die.xxij. ap̄lis.

Assertio p̄missoꝝ. ⁊ declarat ligam
orientalium p̄ncipum ꝯ thurcum.

## Epistola.cccxcij.

Illustrissime dux burgūdie. Ego gorgora dux georgiane mitto ad te plu-
rimam salutē. Qm̄ intellexi te eē fidelissimū xp̄ianum ⁊ desiderasse sꝑ ali-
q̄d agere qđ honori ⁊ amplitudini eēt sancte fidei nr̄e sicut tui fecerūt antecesso
res. Ideo multū desidero tuaȝ hr̄e amicitiam. Naȝ ego xp̄ianꝰ sum ⁊ ꝓ defensio-
ne ⁊ amplitudine illiꝰ sanctissime fidei mori cupio: nec q̄cq̄ȝ libētiꝰ facio q̄ȝ belluȝ
cū infidelibꝰ gerere. maioꝝ meoꝝ. vestigia ⁊ ꝯsuetudinē imitando. Post em̄ obi-
tum p̄ris mei multa cū illis bella gessi. ⁊ sepissime gr̄a dei de illis victoriaȝ habui
multas ciuitates ip̄oꝝ debellando cepi. ⁊ nisi his supioribꝰ annis bella q̄dam int̄
me ⁊ aliq̄s p̄ncipes xp̄ianos finitimos meos orta fuissent. maiora ꝑfecto ꝯ infi-
deles gessissem. Sed ip̄n̄tiaꝝ qm̄ mandato dn̄i viꝫ ludouici nr̄i patriarche pacē
feci cū omnibꝰ xp̄ianis finitimis meis. oīno decreui oēm meam facultatē ⁊ vires
oēs adhibere ꝯ thurcos ⁊ queēadmodū ꝓmisi dn̄o patriache nr̄o. ego ꝑsonalit̄ cū
xx.milibꝰ eq̄tum ad hoc bellum ꝯ infideles aggrediar qđ vt faciliꝰ fieri possit. nō
solum pacē s̄ fedus ⁊ ligam feci cum oībus p̄ncipibꝰ xp̄ianis q̄ in istis sunt regio
nibꝰ. vt cōibꝰ copijs thurcū q̄ tenet ꝯstantinopolim inuadamꝰ. Confederati em̄
sumus ego ⁊ georgiꝰ rex ꝑsaꝝ Dauid impator trapessunde. bendian rex mirigre
lie. Rabia dux anocasie: Bedebeth dn̄s armenie minoris. ⁊ alij dn̄i orietales. ha-
bemꝰ etiaȝ nobiscum in nr̄a ꝯfederatiōe. iij. potentes p̄ncipes infideles q̄ thurci
ꝯstantinopolitani sunt inimici. caramanū. s. ⁊ ismailberch filium q̄ndam dispen
diarij. ⁊ assembech filium q̄ndaȝ carailuci. q̄ assembech cū ꝯfinia hēat ex ista nr̄a
ꝑte cum thurco ꝯstantinopolis ꝓmisit nobis dare aditum ad inuadēdum nata
liam. ⁊ nobiscū ꝑsonalit̄ venire cū omni sua potētia. ⁊ in p̄mis cape ciuitatē bur
sie. ⁊ illam possideat ꝓ se ⁊ potiat̄ oēs nos capitulis ⁊ pactōibꝰ ꝯclusimꝰ cū hac.
s. ꝯditione. vt ipse sit sꝑ amicissimꝰ xp̄ianoꝝ. Et si vos latini p̄ncipes ⁊ ꝑpl̄i vene-
tis ad recuꝑandam domum sanctaȝ ihr̄lm. ipse debeat p̄stare vobis omne quod

ꝯmunis eum non debere filioꝝ vinculis alligari. Laudasse tn̄ ytaliam esse vnani
mē q; eo modo thurcoꝝ conat⁹ facile possit elidere. Alphonsus rex de quo ante
locuti sumus q̄uis pacem ytalie ꝯplexus fuerit. de federe tn̄ nihil adhuc recepit.
neq; puto magnanimum illum regem sapientia ⁊ auctoritate p̄ditum. equo ani
mo ferre. nūc pacem nunc colligationes se nescio fieri. sibiq; demum q̄s nequeat
inmutare leges offerri. Cognoscit ⁊ ip̄e statum suum. ⁊ que sue dignitati ꝯueni-
ant mente reuoluit. Missi sunt ad eum legati trium potentiaꝝ. cūq; his ꝓfectus
est cardinalis sancte crucis ap̄lice sedis legatus. quem firmanum appellāt. Illi⁹
prudentia aucte ac vite mūditia memorabilis. q̄ medi⁹ inter regem ⁊ oratores
eo missos arbitꝝ ꝯcordie gerat. Rex ob eā cāȝ caietam se ꝯtulit atȝ ibi legatōes
audit. nescio q̄d inde sperem. q₂ tn̄ inclito illo regi res alte ac magnifice sp cordi
fuerūt. fortasse vt aduersus thurcos bellum gerere possit qđ est vnicum ei⁹ ꝓpo
situm. vnionem ytalie ꝯplectet̄. Veneti pacem cum thurcis hn̄t. quam coacti fe
cerūt. ne ciuitates orientis amittēt. Id manifestāt leges vtrinq; dicte. q̄tum ad
xp̄ianos ꝑtinet paꝝ honorifice. nequeo meditari q̄d actura sit illa respu. si de bel
lo gerendo ꝯ thurcos agam⁹. neq; de rauennēsib⁹ q̄d dicam scio. Omnes de do-
minio retinēdo q̄ȝ de fide huanda solicitiores existunt. Cedit fides honori numis
honor. q̄d em̄ saluis infamia numis inq̄t ille emat̄ ytalia. Tota xp̄ianitas se re-
ꝑiat emptorem ꝑebunt omnia thurco. si dabit auꝝ venalis est nr̄a religio. Cara-
man⁹ ꝑ hos dies ad cesarem nr̄m lr̄as dedit. q̄ꝝ exemplar tue paternitati cum pn̄-
tib⁹ edo. videt̄ ille aduersus thurcos inflamatissimus si xp̄ianoꝝ arma ꝯcurrere
sentiat. vetuste lr̄e sunt ⁊ augusto mense signate. multa interea intuenire potuert
que p̄ncipis eius abalienarunt animū. nihil ille faciet nisi ex ꝯmodo suo. Nam
quo pacto saracen⁹ cum damno suo xp̄ianoꝝ signa sequat̄. qn̄ nec xp̄ianus cum
ꝑiculo xp̄ianis assistit. Iohannes comes histriceñ. q̄ nunc gubernat hungariam
vnicus thurcoꝝ met⁹ ac fortissimus nr̄e religionis gladius. xxxij. milia thurcoꝝ
superiorib⁹ dieb⁹ apud senderolum ꝯflixit. Fritzbegū ducez exercit⁹ vinctum ab-
duxit. cedem magnam fecit. agros hostium vsq; ad ip̄am zophiam ferro ⁊ igne
vastauit. Machomet⁹ aūt thurcoꝝ impatorꝭ accepto vulnere magnum con-
flauit exercitum. iamq; intra bulgariaȝ in campo sedet. hinc biduum inde pyro-
tham respiciens eo ꝓposito. vt ꝑrimo vere regnum hungarie populet̄. Nihil si-
bi dubius q₂ terram ac gentem sibi subijciat. Idem q̄ȝ ⁊ hungari timent nisi ce-
teroꝝ xp̄ianoꝝ manib⁹ adiuuent̄. Hec nouissime scripsit iohes iste cesaree ma-
iestati. tantū est qđ de nouitatib⁹ scribere possum. Cupio te cum fratribus bene
valere. ⁊ in orationib⁹ q̄s diuine pietati dies noctesq; porrigis mei memorē esse.
M.cccclxv.

# Epistola. ccccxxj.

Corrigit dyalogum ꝯfectum in qui-
busdam punctis.

Aeneas epus senen. iobi troster. S.p.d. Legim⁹ tuas lrãs iohes amantis-
sime pcurrim⁹ dyalogum tuum oblectati sum⁹ vehemēter qz te pitum di-
sertum factūqz cernim⁹. non tñ tantum nobis arrogam⁹ qntum tribuis.
Neqz eñ quam in te cernim⁹ dicēdi vena ex nro fonte ditata est. aliūde tibi co-
pia venit. qd si fateri volum⁹ aliqd in te nrm fuisse magisterium. illud qz pcedere
oportebit qm supati a discipulo sum⁹. Est dyalog⁹ tu⁹ z tersus z limat⁹. aptꝭ ppo
sit⁹ vbis. sentētysqz grauib⁹ refert⁹. cui⁹ lectores necesse est de te grāde iudicium
faciant. creuisti admodū breui tpe. crescesqz si pgis. viꝝ te claꝝ reddes. ornabis
tuam priaz. nomēqz tibi efficies. qd nō theutones solum ꝫ galli qz atz ytali cele-
brent. At ne putes q non viderim⁹ a nobis adulantium more digna atz indigna
laudari. ānotauim⁹ qdam pauca. q nro iudicio visa sunt emēdatōis egētia. scis
qz facili⁹ aliena qz nra vicia cernim⁹. nihil errare sapiētis z pfecti est hois. errata
cognoscere vel rudes qunt. Audi ꝫ q nobis non detestāda ꝫ nobis meliorāda in
tuis dictis visa sunt. In epla q dyalogum añcedit. h annectis vba. de amore qd
sentirem scriberem. dixisses eleganti⁹ qd sentirem de amore z scriberem. hñt eñ
sentirem z scriberem pcentum. dum simul exeūt venustum z in ptinuum. Simi
leqz illud est qd ais. ex vulcano venereqz natum. Nam z cicero in eo vsu calum-
niam tulit cū de tpib⁹ suis scribens illud expssit vbum. O fortunatam natam me
psule romam antoni gladios potuit ptemnere si sit. Omnia dixisset. inqt iuue-
nalis z salusti⁹. O fortunatam natam repetēs atz irridens. Nam inqt cicero. fu
giende sunt huiuscemodi voces q apud eruditos insulse ac ridicule sonant. Cuz
de porta cornea efficis mentōz si futile somnium tuū nihil veri hre intelligis. nō
recte locut⁹ es. veris eñ hac porta facilis datꝛ exit⁹ vmbris vt maroni placet. Sz
vera somnia existimari maius nihil imitādum ē. Algores nisi fallimur apud ve
teres legim⁹. nō vt tu ais hybernalia algora. Archiregnum hunoꝝ qz archihu-
noꝝ. poti⁹ dictum videri poterat. hūgaros pterea nūc nō hunos appellare debe
m⁹. quō eam incolūt terram q olim pānonia dicta est. etsi nos aliqñ aliꝛ dixim⁹
in errore pmuni fuim⁹. Huni eñ aliqñ pānoniam tenuere. ꝫ illis eliminatꝭ sub-
intrarūt hūgari ab extremis sythie ptib⁹ veniētes. queadmodū in iordano lz in-
tel ligere. Sūt z hodie vltra tanaim ad paludes meethidas ppli q hūgari dicunꝛ
eamqz linguam loquunꝛ quā nri circa budam z bystꝝ. nec teucros vo vocabulo
noiam⁹ q anno pxime decurso pstantinopolim expugnauere. Quis eā regionem
occupēt q qndā teucroꝝ fuit. thurco noie appellādi sꝛ z hi schitaꝝ soboles hñꝛ.
vt ethic⁹ phs in cosmographia sua pfirmat. Ppe eam accersam accurrā. limati⁹
dicēdum fuit. ppi⁹ eā accurrā accersam. nisi hñ auspicar multa nimis interponis p-
usqz adiicias vbum illud qd potissimum est. captāt q facto z q sequunꝛ. Subne
ctens amoris cām pmitiuaz antecedētem piūctamqz pmemoras. dyaleticoꝝ hi
termini sunt. Haud qz oratoꝝ siue hystoricoꝝ infuriatum z inamoratuz quis
latine dici posse fatemur. meli⁹ tñ furiosum amorosumqz dixeris. neqz nos latet
vgilium furiata mēte cerbeꝝ posuisse. Ex demone nisi ex muliere nisi nō belle di-
ctum videꝛ. nō hñ subiūgis infestiuum. qd min⁹ importat oronez augeri nō dimi
nui optz. Si vos ꝫ thoꝝ cum dixeris pus amatam fugiēdam. necium erat añqz
huc plabererꝭ pmittere necessitatem. qz si forte ppellarꝭ apud amicam iacere. lucē
admitti z reliq que nō insule psulis. suffultros paꝝ latine viderꝭ dicere qs pcul
citra posuisse poterꝭ existimari. Suadeo vt ad alias pluresqz aim adiūgas reme
dium hoc z si nasonis est. paꝝ tñ honeste apponiꝛ. z a te pptim sacerdote. cui⁹ est
nihil suadere qd crimini pximū sit. Inde clericis piūgatis pmo caplo. oratori sa
tis erat omisso capitulo. calixtū atz gregorium astipulatores inseruisse inde cleri
cis nō belle dicit orator. ppositōes nisi cogat metri necessitas vel inuitet ornat⁹
a suis casib⁹ nō disiūgim⁹. Hoc habuim⁹ qd ad tuum dyalogum dicerem⁹. tu p-
ge atqz vt facis castalidas amato sorores. Et vale optime. Ex noua ciuitate. viij.
ydus iulias. M.cccc.liiij.

Excusat se q paulum vergerium aliter misit q̄ȝ prius statuisset.

## Epistola.ccccxxij.

Eneas ep̄us senen̄. Anthonio panormite. S.p.d. Paulum vergerium q̄ arrianum transtulit insignis atȝ elegantissime vates. cum supiorib⁹ die-
bus ad inclitum Alphonsum sicilie ⁊ aragonie regem. vt tu ipse olim ro-
gasti mitterem. iussi eum in tuas man⁹ dari ac p se reddi maiestati regie. tibi qȝ
ad eam rem lr̄as misi. cognoui postea recta via libꝝ in p̄tātem regiam venisse.
neqȝ te illum vidisse. q̄ res vt accepi egre te habuit. cum int amicos diceres. Ene
as in vno filio duos ꝯpatres q̄siuit. Eq̄dem anthoni nimiꝝ si ⁊ tibi ⁊ regi ꝓ tan
to munere fecisse rem gratam putaui. neqȝ em̄ alius p̄ter me fuit. q̄ arrianum h̄
tpe latinum h̄ret illi⁹ manu ꝯscriptum q̄ trāstulit. At nūc cum meus ordo p̄ter-
missus sit. nec regis sentio gr̄am. ⁊ te mihi succensere intelligo. Sȝ q̄d ego ad h̄.
q̄ȝuis magnifacio tantum regem non tn̄ fame peam arbitror. si ei⁹ erga me beni-
ficentiam non expior. scio qr me odio non hȝ. si non amor. nō sum solus eius ex-
pers beniuolentie. Tu vo etsi nūc subirat⁹ es. cum omnia plene cognoscis. dices
me nihil errasse ⁊ in tuam me rursus amicitiam suscipies. eius noticie memor q̄
int nos senis fuit. verꝝ qr non r̄ndisse mihi regem questus est mercator nico noie
apud te. nescio q̄s id fecerit. scito imprudent actum esse. Neqȝ em̄ ego mihi r̄nde
ri optaui. q̄ scio q̄nta inest supbia regib⁹. s̄ ad impatricis lr̄as non nihil mea cau
sa r̄nsum petentis exq̄rebam. nihil tn̄ exinde moueor. Ego queciūqȝ accidunt in
meliorem recipio ptem. si sit qd̄ querito. deo gr̄as ago. si miti⁹: existimo me nō re
cte opinauisse. neqȝ placuisse supis qd̄ nolebam q̄ ꝓ iocūdis optima p̄bent. Ego
q̄cunqȝ in me animo fuerit rex ille magnificentissim⁹. ac nr̄i seculi clarissimuȝ iu-
bar. semp eius nomē in celum tollam ⁊ ꝯmendabo gesta ei⁹ que p̄scos duces fa
ma claros non mō equare. s̄ supare intellige. Neqȝ mirabor nunqȝ si mei memor
neqȝ cultor est. qd̄ ego ⁊ statui regio cui⁹ est parua ꝯtemnere. ⁊ mihipsi ascribo
ꝯscius mee ⁊ vilitatis ⁊ ignorantie. Sȝ vale tu etsi q̄d est erga me rubiginis in
tua mente. deponito. mea erga te sinceritas minime imminuta est. Cum his mit
to tibi sententiam eius oblatōis quam dux burgūdie apud ratispanam fecit. Ex
noua ciuitate die. xxix Junij.

Nō vult se in orthogp̄hia queq̄ȝ seq̄.

## Epistola.ccccxxiij.

Eneas ep̄us senen̄. Nicolao voleterrano ꝓthonotario regio. S.p.d. Ni
mium mihi credis nicolae amantissime. si meis ex lr̄is q̄s raptim ⁊ incon
sulte scribo seq̄ndam orthographiam putas. minime ego is sum q̄ sine menda
scribam. labor ⁊ erro. maxime circa iūcturam lr̄aꝝ. Nolim auctore me decipiar.
etiamsi ex ꝓposito dixerim h̄ atȝ illud ita scribendū est. querito meliores ⁊ q̄ cer-
tiora tradāt. De ꝓthonotariatu certum est qr nō dȝ aspirari. nō dico nūc rōem
qr ex tractatu casparini quē nūc trāſscribi facio vt ad te mittam. pleni⁹ rem intel
liges. Vale ex noua ciuitate. iij. kl̄. maias. M.cccc.liiij.

Cur captus fuerit pedagogus regis hungarie.

## Epistola.ccccxxiiij.

Eneas ep̄us senen̄. Dominicō cardinali firmano. S.p.d. ceteroꝝ lr̄e q̄b⁹
dietim visitor ad r̄ndendum me q̄dem inuitant. tue autem q̄s nup acce-
pi vehementer vrgent atȝ compellunt. que ꝓpter captiuitatem casparis
q̄ pridem illustrissimi regis hungarie pedagogus extitit. estimationem meam in
discrimine adductam esse demonstrāt. Nisi em̄ quo pacto sese res habeāt meis
scriptis ostendero. vereor ne de me sinistra que concepta est opinio noxium edat
ptum. q̄ me sine culpa ⁊ tibi ⁊ ceteris sancte romane eccl̄ie cardinalib⁹ dominis
meis efficiat odiosum. Accipe igit rem gestam ⁊ an sim culpabilis tu iudica. Ca
spar de quo smo est humili loco natus. admodum pauper lr̄as apud wiennam
didicit vt est mos patrius mendicādo se nutriēs. emersit nō sine labore. vicit for-
tunam ṽtus. vocat⁹ est in cācellariam austrie. Deinde sibi in aulam sumpto cre-

dita est ladislai regis puericia. cum iusiurãdum pstitisset nihil se ꝯ cesaris aut ho-
norem aut vtilitatem facturꝫ. ⁊ qđ ceteri familiares iurant. auertere q̃ad possit.
q̃uis incõmoda cesareo culmini iminẽtia ꝓmisisset. suscepta pedagogia fuit cir-
ca puerꝫ diligens. lr̃is ⁊ moribꝰ illũ ꝓ captu instituit. Factꝰ igit̃ cesari ⁊ omni cu
rie charꝰ. intrauit ꝯsilium. sedit cum p̃ncipibꝰ. in mẽsa regia cibum suscepit. Cũ-
q̧ vacasset in austria eccl̃ia vna ex maioribꝰ iurispatronatꝰ. multiq̧ illam baro-
nes magniq̧ nobiles peterẽt. p̃latꝰ omnibꝰ caspar. eccl̃iaꝫ munere cesaris ꝯsecu
tꝰ est. q̧uis ⁊ alia p̃us bñficia ñ modici valoris obtinuisset. Erat igit̃ in curia po-
tens caspar. nomẽq̧ paruum nõ hẽbat ⁊ bonitatꝭ ⁊ doctrine. Nec dubium puta
bat̃ q̃n breui ad ep̃alez ascenderet apicem. laudabilis huiusq̧ hoĩs vita digna-
q̧ diligi. Sꝫ nescio quõ posthac mutatꝰ est. q̃due homini in mẽtẽ venerit. vt ma-
iora cupe ⁊ indigna se negocia agitare cepit. Intelligens eñ australes nouãda-
rum rerꝫ cupidos. occulta cũ eytzingero colloquia iniuit q̃ cesari capitalis inimi
cus hẽbat̃. Cumq̧ venisset ex hungaria ep̃s argenꝰ noĩe paulus multa cũ eo apđ
grecium de abducẽdo rege ladislao clanculuꝫ ptractauit. In noua insup ciuitate
cũ barone q̃dam de alto mõte ꝯsiliñ hũit emittẽdi ad portaꝫ pueri. vbi pati eẽnt
q̃ eñ eq̃tes abducerẽt cũq̧ nihil horꝫ ꝓcessisset lr̃as puero dictauit q̃s scriberet
australibꝰ mãdans eis vt ceptũ ꝓpositum ꝯ cesarem retinerẽt. inuitũq̧ sese ytali
am petere scirent. In roma q̧ꝫ non nihil tentasse ꝯfessus est. ſ oia supat q̧ floren
tie aggressus est facinꝰ. Cum cesar ex vrbe rediẽs illac trãsitum faceret. expecta-
bant ibi cesarem vngarorꝫ ⁊ australium oratores. int̃ q̃s aug. ep̃s iaurineñ. hmõi
cũ caspare apud eccl̃iam sancte crucis colloq̃um habuit. H inq̃t locꝰ est in q̃ nr̃m
regem libertati reddere possumꝰ. Fides publica data est nõ cesari tm̃ verũetiaꝫ
ladislao. Suade igit̃ puero cum cesar abire voluerit vsq̧ ad portam eum seq̃t̃.
eo cum venerit velle se diebꝰ aliquot florentie imorari dicat equumq̧ retrouer-
tat. qđ si cesar ad exitum voluerit euꝫ ꝯpellere. p̃sto erimꝰ. vim regi fieri indignũ
esse dicemꝰ. Fidem ciuitatis implorabimꝰ. puer ip̃e coactum sese vociferans ad
miscoⷣiaꝫ ꝓp̃los ꝯmouebit. p̃us tñ apud senatum vrbis dabimꝰ opaꝫ. p̃sto ad por
tam armatos hẽat q̃bꝰ cohiberi cesaris violẽtia possit. Ciuis h est quẽ bude ne-
gociantẽ nouimꝰ is se opam senatꝰ impaturꝫ pollicet̃. Tu regis aim prepa. nos
hanc ꝓuinciam cũ magistratibꝰ ciuitatis suscipiemꝰ. Annuit caspar atꝫ ad regẽ
ꝓfectꝰ ex ꝯdicto cũcta disposuit. fuissetq̧ pactũ facinꝰ. nisi apud florentinos plꝰ
q̃eta ꝯcilia q̧ seditiosa valuissent. Nam ciuis ille de q̃ pontifex iaurineñ. fecerat
mentõꝫ. cum de tali negocio ingratum alloq̃ret̃ grauibꝰ v̄bis rep̃hensus atꝫ cor-
reptꝰ. ad ep̃m rediens impeditas cogitatões exposuit. non tñ ꝯq̃euit caspar ſ re
gem cum bononiam ꝑuenisset in hanc s̃niam summo pontifici ꝓp̃ria manu ꝑsua-
sit scribere accipi. S. p̃r aduersus fideles nr̃os q̃ ꝓ mea in austria liberatõe labo
rant. sanctitatem tuaꝫ nõnullos ꝓcessus decreuisse. q̃ res mihi aduersa est. Pre-
cor igit̃ q̃cq̃d ꝯ me actum est reuoces. Id erit eñ officiũ tui. cũ scriptum sit pupil
lo ⁊ orphano astabis. id nisi feceris. ꝯpelles me maiores iudices appellare. alia
fuerũt ep̃le v̄ba effectꝰ aũt quem refero. Clausa ep̃l'a est ⁊ signata missa est Augu
stino ep̃o. an v̄o beatissimo pape nicolao reddita sit sua sanctitas nouit. me q̃deꝫ
latet. Hec omnia suspicante non tñ sciente cesare hactenꝰ gesta sunt. Cũ essemꝰ
ferrarie. velletq̧ cesar nauigio venetias petere. ꝯsciꝰ erratorꝫ caspar cum adit.
marinas aq̃s nauseam sibi mouere. ac nocentissimas esse iturꝫq̧ terrestri itinere
teruisium si placet cesareo culmini dicit. obtenta licentia ⁊ cum patauiũ venisset
receptis vniuersis q̃ secum attulerat. ⁊ q̃ in ytalia coemerat bonis. veronem v̄-
sus iter festinꝰ direxit. vt q̃ ꝑ tridentum ⁊ vallem athesis ad ynum trãsire decre-
uerat. vñ ꝯscensa naui in danubium nauigans wiẽnam deniq̧ ꝑueniret. Tenu-
isset ꝓculdubio ꝓpositum nisi tabellariꝰ q̃dam cesaris. ex verona veniens. hunc
se obuium habuisse dixisset. tũc eñ duo post eum eq̃tes cum familia missi sunt. q̃
nõ longe a tridento ip̃m ꝯp̃henderunt. vinctumq̧ duxerũt venetias. vbi oia q̃

supra memorata sunt. sponte ꝯfessus est. suaqꝫ manu ꝯscripsit. Ibi primum ca-
sus hominis ad meaꝫ noticiam venit. nam cesar me vocans cūcta mihi exposuit
voluitqꝫ meas in man⁹ hoiem dare. q2 sedis aplice legatiōeꝫ in austria me nosset
hre. Indolui certe aduersam amici fortunam. casspare multis iam annis amicis-
sime vsus eram rebarqꝫ virum bonum esse ⁊ omni beniuolentia dignum. exhor-
rui ꝗ cum intellexi q̄ de ipso narrabant. multumqꝫ me cū ipse accusaui ꝯditōnis
humane defluxum. q̄ nihil certi. nihil fixi hꝫ. caduca ⁊ fluxa omnia sunt. hodie le-
ti sum⁹ cras mesti erim⁹. mō sublimes mō infimi repimur. Cesari aūt rn̄di aucto
ritatem mihi nullam apud ytalos esse. vtqꝫ misericordit̄ ageret cum p̄sbro por-
rexi p̄ces. Ductus est deinde ad nouam ciuitatem caspar. h̄ rursus reqsitus sum
hoiem ad me recipe. iudiciumqꝫ sup huiuscemodi criminib⁹ agitare. Grauis res
mihi visa est. At cum legati auctoritate fungerer. non videbam q̄ pacto cesaris
petitōꝫ recusare possem. Habita ꝟo deliberatiōe. iudicem me dixi futuꝝ. si rite ⁊
iuxta canonicas sanctiones ꝓcederet̄. Personaꝫ aūt rei nolui custodiendā assu
mere. q̄ nō hrēm locū in q̄ eum oportune recluderem. Placuit cesari rn̄sio mea. q̄
neqꝫ se plus velle ait. ꝙ sacri canones ordinarent. Adduct⁹ est aūt semel ad pn̄-
tiaꝫ meaꝫ caspar pn̄te notario mareschallo ⁊ ꝓcopio eq̄te bohemie q̄ vltro sese
peccasse ꝯfessus vniuersa q̄ supra de ip̄o scripta sunt ex ordine ꝯfirmauit. ⁊ acce-
ptans me sibi iudicē deputatum. vt sui misererer. seqꝫ cesari ꝯmēdarem cū mult̄
lacrimis flagitauit Iussi eum boni esse animi. q2 q̄ntum honestas pateret̄ saluti
sue ꝯsulerem. Post h̄ reclusus est in carcere. nō squalido aut tetro s̄ lucido ⁊ spa-
cioso. q̄uis securo ⁊ optime munito. Ibi ⁊ locum secessus hꝫ ⁊ plumas in q̄bus
iacet ⁊ breuiariū p qd̄ oret. Cib⁹ ad eum bis in die defert̄. ex his bibit ⁊ comedit
q̄ familie cesaris apponunt̄. Fateor misera vita est s̄ hāc freq̄nter suis delict̄ ho
mines asciscunt. Iudicis in eum nō p̄ncipis habeo ptātem. legē me scriptam nō
meū seq̄ arbitrium ꝯuenit. Or si libera mihi ptās ēet. cū sim ego pctōr in ꝯspectu
dei. dignusqꝫ graui fulmine. p̄starem me caspari q̄lem mihi vellem deū esse. Nec
difficilis venie repirer. c⁹ dies noctesqꝫ indigētem me nō scio. At mō iudex liga-
tas habeo ad leges man⁹. neqꝫ seuire in casparem debeo. neqꝫ illum p indulgēti
am impunitum remittere. dum ps est q̄ iudicium petit. Facio igit̄ nisi fallor qd̄
mihi incūbit. Eapropter vellēt aliq̄ q̄ cesari ꝓximiores sunt ⁊ in ꝯsilio p̄mi caspa
rem torq̄re vt plura ꝯfiteret̄. Idqꝫ p me sibi licere deposcunt. negaui me q̄cq̄ꝫ p
missuꝝ nisi qd̄ iudiciari⁹ ordo req̄reret. Sic hō vsqꝫ in hāc diem intact⁹ est. q̄uis
sua culpa custos eius capite plexus sit. quem ip̄e ad relaxandum sese induxerat.
Int̄ h̄ habiti sunt. q̄ꝫ plurimi tractat⁹ pacis cū australib⁹. Modo rex ladisla⁹. mō
hungari. mō bohemi liberatōeꝫ ei⁹ efflagitarūt. q̄bus homo neqꝫ negat⁹ est neqꝫ
ꝯcessus. mihi dum talia pendent. nō est visum expedire aut officiū mei esse solici-
tare ꝓcessum. Taceo igit̄ neqꝫ plus q̄ro q̄ꝫ queror. Cesari tn̄ sepe vt captiui mise
reat̄ ꝟbum feci. quem libent̄ extra miseriam viderem. tum sui cui exceptis crimi
nib⁹ faueo. tum ꝓpt̄ me vt on⁹ hoc nō leue deponerem. Sic res in hāc vsqꝫ diem
deducte sunt. si sum culpa dignus acre tuū iudicium excutiat. Male vt arbitror
mecū agunt q̄ mihi in hoc negocio q̄ tuis vel modicū imputant reddūtqꝫ ꝓ bo-
no malum dicentes lucem tenebras ⁊ tenebras lucem. Ueritas tn̄ enatabit. nec
me reor falsa calūnia opprimet. Sum mihi ꝯscius. ⁊ q̄cq̄d reliq̄ sentiāt. Gaudeo
ꝯscientia mea h̄ volui ad scripta tua dixisse. q̄bus me nonulloꝝ vocib⁹ male no
tatum scribis. Siq̄s dignationi tue deinceps incusauerit. hēbis q̄ possis ꝓ defen
sione mea obijcere. spero aūt q2 nō cuiqꝫ mihi detrahenti credas. Ortum ꝟo ad
lrās sacri collegij attinet ego illas diuo cesari reddidi. ⁊ q̄ visa sunt ad rem addē
da ꝟba his terqꝫ subiūxi. maiestas sua deliberaturaꝫ se ait ⁊ sacro sancto senatui
que meliora cogitauerit rn̄suram. Ago tibi ingentes grās q̄ negocia bohemica
me rogante. S. dn̄o nostro exposuisti. Uale ex noua ciuitate die. xij. mēsis nouē-
bris. Anno. M. cccc. liij.

Pogius de scola Epycure factionis. que regnat in theutonia.i.balneo naturali dominoꝝ de baden. **Epistola.ccccxxv.**

Ogius florentinꝰ ad leonardum aretinum. S.p.d. Si vales. Ego quoqꝫ
valeo. Per quẽdam ꝯtribulum meũ ad te scripsi ex ꝯstantia.x.klaꝝ mar-
cias vt opinor eplãm quãdam. quã si recepisti ꝑfecto ad risum te debuit
ꝓmouere. Erat em̃ longiuscula iocis referta ⁊ salibꝰ. dicebam multa de lr̃is he-
braycis q̃bus operam dabam. Plura iocabar in doctorem ip̃m vt captꝰ eoꝝ est. q̃
ex iudeis xp̃iani efficiunt̃. Vtrum leuem insulsum atꝫ incõstantem. Literas ꝟo
ad doctrinam vt rudem incultam atꝫ agrestem facecijs q̃busdam leniter ꝑstrin-
gebam. veꝝ suspicor eam eplãm ⁊ item alteram quam leonardo aretino dabaꝫ
vobis redditas non esse. Naꝫ mediusfidiꝰ q̃ tua est diligentia in officio lr̃aꝝ. re
scripsisses postmodum aliq̃d ⁊ vel saltem mecum ꝯgratulatꝰ esses. hanc nouam
noue doctrine disciplinam ad quam ꝑdiscẽdam me sepiꝰes hortatus. q̃ etsi vsus
nulliꝰ esse ꝯspiciam ad sapiẽtie facultates. ꝯfert tñ aliq̃d ad nr̃a studia humani-
tatis. vel ex hoc maxime ꝙ morem Hieronimi in transferendo cognoui. has ꝟo
lr̃as ex his balneis ad te ꝯscripsi ad que cum me ꝯtulissem. incerta re manꝰ cura
ui de cã rem dignaꝫ putaui vt eoꝝ situm atꝫ amenitatem simul ⁊ mores haꝝ gẽ-
tium tibi describerem ⁊ ꝯsuetudinem balneãdi. Multaqꝫ dicunt̃ ab antiq̃s. Re
rum scriptoribus de balneis puteolanis ad q̃ vniuersus ꝑplus romanus cã vo-
luptatis ꝯfluebat. Sꝫ nequaq̃ꝫ arbitror illa ad hoꝝ iocunditatem accedere po
tuisse. aut cum his nr̃is fuisse ꝯparanda. Nam voluptatem puteolanam magis af
ferebat locoꝝ amenitas ⁊ villaꝝ magnificentia q̃ꝫ festiuitas hominũ aut balne-
oꝝ vsus. hec ꝟo loca cum nullam vel admodum paruam p̃stent animi relaxatõ
nem. reliqua omnia immẽsam tribuunt iocũditatem. vt ꝑsepe existimem ⁊ vene
rem ex cipro ⁊ q̃cq̃d est vbiqꝫ deliciaꝝ. ad hec balnea ꝯmigrasse. ita diligenter il-
lius instituta ꝟuant̃. Ad vnguem eius mores ac lasciuiam rep̃sentant vt q̃q̃ꝫ nõ
legerint heliogabali contionem. tñ ip̃a natura satis docti satis instituti esse vide
ant̃. Sꝫ q̃m balnea h̃ tibi sum descripturꝰ. nolui p̃termittere viam q̃ huc itur ex
ꝯstantia. vt ꝯiecturare possis qua ꝑte gallie sunt situata. Prima die nauicula ꝑ
renum veniens ad oppidum schaffhusen milibꝰ passuum q̃tuor ⁊ viginti. Cum
deinde ꝓpter ingentẽ fluminis descẽsum ꝑ abruptos mõtes ⁊ ꝯfragosa saxa iter
eẽt pedibꝰ ꝯficiẽdum. sup̱ renum noĩe keyserstul hoc est eoꝝ ligua cesaris sedes
hũc locum opinor ex eius noĩe ꝓpt̃ ipsiꝰ oportunitatem. Est em̃ colle excelso imi
nens flumine. q̃ dum ꝑco ponte galliam ꝯiũgit germanie. quondam romanoꝝ
castra fuisse. hoc in itinere rem vidimꝰ casum ex alto mõte scopulis infruptũ ma
gno fragore ac sonitu ⁊ ipsemet casum suũ q̃ri ac lamẽtari possis existimare. Cũ
mihi venit in mẽtem illud eoꝝ q̃ ferunt̃ de nili descensu tamp̃cipiti. nec miror ac-
colas circũ vicinos ꝓpt̃ admirabilẽ ipsiꝰ strepitũ ⁊ fragorem surdos putari. cum
huiꝰ fluminis terrores ex eo loco existimari possit instar nili. tribꝰ ꝟo stadijs ru-
mor exaudit̃. Opidum est deinde Baden satis opulẽtum. qđ est balneũ alema-
noꝝ ligua. situm in ꝯualle mõtibꝰ circum iminẽtibꝰ penes q̃ddam flumen ingẽs
rapidissimi cursus. qđ in renũ fluit lõge ab oppido milibꝰ passuum sex. Prope opi
dum stadijs q̃tuor est villa sup̱ flumen pulcerrima in vsum balneoꝝ fabricata.
Area ꝑampla est media ꝑte ville ⁊ circũ hospicia magnifica. multaꝝ receptacu-
la gentiũ. Singule domꝰ sua hñt balnea interiꝰ. in q̃bꝰ abluunt̃ hi soli q̃ ad eas
diuertere. balnea em̃ publica tñ ꝓuata sunt numero.xxx. publica tm̃ duo existũt.
palam ab vtraqꝫ ꝑte aree. lauacra plebis ⁊ ignobilis vulgi ad q̃ mr̃es atꝫ viri pu
eri nupteqꝫ puelle. ⁊ oĩm circũfluentium fex descẽdit. In his vallis q̃dem intercu
rijs vtpote int̃ pacificos ꝯstructa viros a feminis se iungit. Ridiculum ẽ videre
vetulas decrepitas simul ⁊ adolescentes nudas in oculos oĩm agras ingredi. ve
renda ⁊ nates omnibꝰ ostentãtes hominibꝰ. Risi sepiꝰ hoc tamp̃claꝝ spectacu-

ligenus.mentem reuocans ad florales ludos.⁊ mecum met istoꝝ simplicitatem
admiratus sum.q̄ neq; ad hoc oculos aduertūt.neq; q̄cq; suspicant̄ aut loquūt̄
mali. At v̄o balnea.que in domib⁹ sunt ꝓuatoꝝ ꝑpolita sunt.⁊ ipsis viris feminis
q; ꝯmunia.tabulata q̄dam eos secernūt.⁊ in his fenestrelle ꝑplures demisse qui
bus ⁊ vna potare simul colloq̄ ⁊ vtriq; videre atq; attractare queant.vt eoꝝ fre-
q̄ns est ꝯsuetudo. Nec desuꝑ cingunt deambulatoria in q̄bus ꝯspiciendi ꝯfabu-
landiq; causa homines ꝯsistunt. Naz cuiuslibet visendi.colloquēdi iocūdi ac laxā
di animum gr̄a alioꝝ balnea adire ⁊ ꝓstare.adeo vt cum exeunt.⁊ ingrediuntur
aquas femine maiori ꝑte corꝑis nude ꝯspiciant̄ nulle aditus custodie ꝓuāt. nul
la ostia ꝓhibent. Nulla suspicio inhonesti pluribus in locis.idem q̄ viris ⁊ mu-
lierib⁹ quoq; ad balnea ingressus est vt sepissime accedat ⁊ virum seminude fe-
mine.⁊ feminam viro nudo obuiam ire. Masculi capestribus tm̄⁹ vtunt̄. At v̄o
femine lintheis induunt̄ vestib⁹ cruꝝ ꝑte ten⁹ ab altero latere scissis ita vt neq;
collum.nec pectus.nec brachia.aut lacertos tegant. in ipsis aquis sepe de sim-
bolis edunt ꝯposita mensa desuꝑ aquam natante quibus viros assistere ꝯsucue-
runt. Nos q̄dem ca in domo q̄bus lauabamur semel vocati sumus ad eam con
suetudinem. Eq̄dem simbolum ꝯtuli. interesse nolui. Licet sepe rogat⁹ nō ꝑmot⁹
pudore q̄ ꝓ ignauia habet̄ ac rusticitate.s̄ iusticia ꝯmonis fatuuz q̄dem mihi vi
debat̄ ⁊ hominem ytalum adesse. Preter has multiplices iocūditates est ⁊ alia
non mediocris.pratum est ingens post villam sec⁹ flumen multis arborib⁹ ꝯctū
Eo post cenam ꝯueniūt vndiq; omnes tamuarij ludum faciant. q̄dam choreis
gaudent.cantant q̄daz. plurima pila ludūt.non q̄dem more nr̄o.s̄ viri ac mulie
res pilaz tintinabulis plenam.alt̄ ad alteram dilectiorem ꝓijciunt.tum ꝯcurrit̄
vndiq; ad illam excipiēdam.q̄ illam accipit potior h̄r. Ipsq; eam iteꝝ ꝓijcit ad ꝑ-
sonam sibi acceptiorem. Cum illam multi expectant porrectis manibus atq; ipe
modo ad illam simulet se iactuꝝ. Multi ꝑter hos ioci fiunt. q̄s longum eēt recē
sere. Hos aūt retuli vt ex paucis ꝯꝑhendas q̄nta h̄ sit scola epycure factōis. At
q̄ ego hunc locum illum esse credo.in q̄ ꝓmum hominē creatum ferunt.quē gau-
dem hebrei vocant.h̄ est ortum voluptatis. Nam si voluptas vitaz beatam effi
cere possit.nō video q̄d huic loco desit.ad ꝑfectam ⁊ omni ꝑte ꝯsummatā volu
ptatem. Qr si q̄ virtus aquaꝝ sit q̄ris.tum varia est ⁊ multiplex.tū v̄o illa est ad-
mirabilis.eaꝝ v̄tus ⁊ pene diuina. Nego vlla etiam in orbe terraꝝ balnea ad fe
cunditatem mulieꝝ magis accōmodata. Itaq; cum plures sterilitat̄ cā accesse
rint mira illaꝝ v̄tute experiunt̄. Seruant eñ diligent̄ p̄cepta q̄bus adhibent̄ re
media ad eas q̄ ꝯcipe neq̄unt. Int̄ cetera illud̄ est memoria dignum innumera-
bilis multitudo. Nobilium parit̄ ⁊ ignobilium ducēta mille passuum huc veniē-
tium.nō tam valitudinis cā q̄ voluptatis. Omnes amatores.omnes ꝓci. om-
nes q̄bus in delicijs vita est posita.huc ꝯcurrūt vt fruant̄ reb⁹ ꝯcupitis. Multe
corpoꝝ simulent egritudines.cum animo laborant. ita videdis innumeras for
ma ꝓstantes sine viris sine cognat̄.duab⁹ ancillis ⁊ ꝓuo. Aut aliq̄ affini anicula
quam leui⁹ sit fallere q̄ nutrire. Singule aūt q̄ad pn̄t.vestib⁹ auro argēto gem-
misq; veniūt ornate.vt nō ad balnea s̄ ad celeberrimas nuptias eas diceres ac
cessisse. Hic q̄z v̄gines vestales vel vt recti⁹ loq̄r florales. Hic abbates mōchi
frēs sacerdotes.maioriq; licētia ceteri veniūt.⁊ simul q̄nq; cum mulierib⁹ lauan
tes ⁊ sertis q̄z comas ornantes.omni religione abiecta.omnib⁹ vna mēs est tri-
sticiam fugere.q̄rere hilaritatē.nihil q̄rere nisi quemadmodum leti viuant.gau-
dijs fruant̄. Non de ꝯmuni diuidendo agit̄ s̄ de ꝯmunicando diuisa. Mirabilē
dictu est in tanta multitudine. Est eñ fere hominū mille in tamuarijs moribus.
turba tam ebria.nullam discordiam oriri.nullam seditionem.nullum dissidium.
nullum murmur.nullum maledictum. Cernūt viri vxores tractari. Cernūt cuz
alienioribꝰ loq̄.⁊ q̄dem solam cum solo. Nihil his ꝓmouent̄ nihil admirantur.
Omnia bona ac domestica mente fieri cogitant. Itaq; nomen zelotipi q̄d quasi



omnes maritos nr̄os oppressit. apud istos locum non habet. Incognitum est id verbum. inauditum. Nescisit hoc genus morbi. nomen q̄ hec passio appellet̄ nō hn̄t. nec minor eius rei nomen apud istos nō esse. cui⁹ rei cā non subsit. Neq̄ em̄ q̄sq̄ est in istis inuent⁹ q̄ zelotipus esset. O mores dissimiles nr̄is q̄ semp omnia accipim⁹ in deteriores ptes. q̄ vsq̄adeo calumnijs delectamur ⁊ obtrectationibus. vt si q̄d p vllam videm⁹ piecturam. statim p manifesto crimine attestamur Inuideo psepe istor̄ q̄eti ⁊ nr̄as exequor animi puersitates. q̄ semp querim⁹. sp appetim⁹. q̄ celum terram maria puertim⁹ ad pecuniam eruendaȝ. nullo ptenti questu. nullo lucro saciati. dum futuras expauescim⁹ calamitates. ptinui calamitatib⁹ anxietatibusq̄ iactamur. Et ne miseri fiam⁹ nunq̄ miseri esse desistim⁹. sp inhiantes opibus. nunq̄ animo nunq̄ corpi indulgem⁹. At isti puo ptenti in diem viuunt quoslibet dies festos agunt non appetentes diuitias. minime futuras opib⁹. gaudent suis nō pauent futuris. Si q̄d aduersi euenit bono animo ferūt. Ita hac sola dictante snia vixit dum vixit bene. S hec omittam⁹. Neq̄ em̄ ppositum est meū vel hos collaudare vel nos rephendere. Volo epl'am totam iocunditate plenam esse. vt e⁹ voluptatis quam p̄ns in balneis pcepi. Tu q̄z abunde ⁊ lr̄is meis porciunculam aliquam pseq̄ris. Vale mi leonarde iocundissime ⁊ car lrār̄ leonardo aretino (cum amicor̄ int̄ se pmunia omnia sint) pticipem facito. vbis meis omnes salutate.

## Epistola. CCCCXXVI.

De pdemnatione hieronimi heretici in concilio constantien̄.

Ogius. S. p. d. Leonardo aretino. Cum plurib⁹ dieb⁹ ad balnea fuissem scripsi ad nicolaum nr̄m ex ipsis balneis epl'am quam existimo te lectur̄.

Deinde cum pstantiam reuertissem paucis post dieb⁹ cepta est causa hieronimi quem hereticum ferūt q̄dem publice. Hanc vo tibi recensere institui tuȝ ppter rei grauitatē. tum maxime ppt̄ eloq̄ntiam hominis ⁊ doctrinam. fateor me neminem vidisse vnq̄. q̄ in cā dicendi p̄ptim capitali magis accederet ad facundiam p̄scor̄ q̄s tantope admiramur. Mirum est vidisse q̄bus vbis. q̄ facundia q̄b⁹ argumēt̄. q̄ vultu q̄ ore. q̄ fiducia r̄nderit aduersarijs. Ac demum cām pora rit vt dolendum sit tā nobile ingeniū. tanq̄ excellēs ad illa heresis diuertisse studia si tn̄ vera sunt q̄ sibi obijciunt̄. nō em̄ mea int̄est tantam cām diiudicare. acq̄esco eor̄ sententijs q̄ sapientiores habent̄. Neq̄ tn̄ existimato me in oratorijs more. singulatim cām referre. lōgum id eēt ⁊ multor̄ dier̄ op⁹ ptingam q̄sdam locos illustriores q̄b⁹ viri doctrinaȝ possis pspicere. Cū multa in hūc hieronimū gesta eēnt q̄b⁹ argumēta heretic⁹ atȝ ea testib⁹ firmata. tādem placuit vt publice singul' q̄ sibi obijciebant̄ r̄nderet. Ita in ptionem deduct⁹. cum iuberet̄ ad illa r̄ndere. diuti⁹ recusauerit. asserens se p̄us cām suam agere. q̄ r̄ndere maledictis aduersarior̄. Ita se p̄us p se dicētem audiēdum eē asseuerabat. tuȝ ad emulor̄ suor̄ pbra in cum pgesta deueniēdum. S cū h̄ pditio sibi denegaret̄. tum stans in medio ptionis. Que nam est h̄ iniq̄tas inq̄t. vt cum. cccxl. dieb⁹ q̄bus in durissimis carcerib⁹ fui. in sordib⁹. in squalore. in stercore in pcedib⁹. in rer̄ oim inopia aduersarios atȝ obtrectatores meos. sp audierit̄ me vnam horam audire nolit Hinc est vt dū illis singulor̄ aures patcrēt atȝ in tam lōgo tpe vobis psuaserint me hereticum hostem fidei eccl'iasticor̄ psecutorem. mihi aūt me defendēdi nulla det̄ facultas. vos me p̄us improbum hoiem iudicaueritis in mentib⁹ vr̄is q̄ q̄ forem potuerit̄ cognoscere. atȝ inq̄t hoies nō dij estis. n̄ ppetui s mōrles. labi errare. falli. decipi. seduci potestis. Hic mūdi lumina. h̄ orbis terrar̄ sapientiores esse dicunt̄. maxime vos decet elaborare. ne q̄d temere. ne q̄d incōsulte. neue q̄d pter iusticiam faciat̄. Eq̄dem ego homūcio sum. cui⁹ de capite agit̄ nec p me h̄ loq̄r. q̄ mōrlis existo. Ver̄ indignū mihi vī. sapia aliq̄d tot viros aduersum me statuere p̄ter eq̄tatem. nō taȝ re q̄ exemplo nocitur̄. Hec ⁊ multa p̄terea ornate differens strepitu ⁊ murmure plurimor̄. s̄monē ei⁹ intpellante. Tandē decretū

est vt primum ad errores q̄ in eum ꝯferebant̄ r̄nderet. Deinde loquendi que vel
let daret̄ facultas. Legebant̄ igit̄ ex pulpito singula capitula accusatōis. Dein
de testimoniis ꝯfirmabant̄. tuꝫ rogabat̄. an q̄d vellet obiicere incredibile dictu
ꝙ̄ callide r̄nderat. q̄bus se tueret̄ argumētis. nihil vnꝙ̄ ꝓtulit indignum bono
viro. vt si id in fide sentiebat. qd̄ v̄bis ꝓfitebat̄. Nulla in eum nedum mortis cā̄
inueniri iusta possit. ſ; nec q̄dem leuissime offensionis omnia ēē falsa dicebat. om
nia crimina ꝯficta ab emulis suis. Int̄ cetera cum recitaret̄ illuꝫ sedis aplīce de-
tractorem. oppugnatorem romani pontificis. Cardinalium hostem. ꝑsecutorem
p̄latorum. ⁊ cleri xp̄iane religionis inimicum. Tū surgens q̄rebunda voce. ⁊ ma
nib⁹ porrectis. Quo nūc me v̄tam inq̄t patres ꝯscripti. Quoꝝ auxilium implo
rem. q̄s dep̄cer. q̄s obtester. vos ne. At isti ꝑsecutores mei. v̄r̄as mentes a mea sa
lute abalienauerūt. cum vniuersoꝝ hostem me esse dixerunt. eoꝝ q̄ me sunt iudi
caturi. Nempe arbitrati sunt si etiam que in me finxerunt. leuia viderent̄ tñ vos
v̄r̄is sententiis oppressuros ꝯmunem oīm hostē atꝫ oppugnatorem. q̄lem me isti
falsissime mentiti sunt ita si eoꝝ v̄bis fidem dabit̄. nihil est q̄ de mea salute span-
dum sit. Multos salib⁹ ꝑstrinxit. multos ledoriis. multos ꝑsepe in re mesta ride
re coegit iocando in illoꝝ obiurgatōes. Cum rogaret̄ q̄d sentiret de sacro. Inq̄t
antea panem. in ꝯsecratōe ⁊ postea veꝝ xp̄i corp⁹. ⁊ reliq̄ ſm fidem. Tū q̄dem
aiunt te dixisse post ꝯsecratōꝫ remanere panē. Tū ille. apud pistorē inq̄t panis
remanet. Ali⁹ q̄dem ex ordine p̄dicatoꝝ a cri⁹ inuehente. Tace inq̄t ypocrita. al
teri p ꝯsciētiā suam ꝯ se iuranti. Hec inq̄t tutissima est ad fallēdum via. q̄ndā p̄-
cipuū aduersarium nunꝙ̄ nisi canē aut asinum appellauit. Cum v̄o ꝓpt̄ criminū
multitudinē ac pondus. res ea die trāsigi neq̄ret in diē terciū dilata est. Qua die
cū singloꝝ criminū argumēta recitata eēnt. ac subinde plurimis testib⁹ affirmaret̄
Tum surgens ille qm̄ inq̄t aduersarios meos tā diligent̄ audistis. ꝯueniēs est. vt
me q̄ꝫ dicentem eq̄s animis audiatis. Data tñ lꝫ multis ꝑstrepētib⁹ facultas di
cendi. Hic p̄mū adeo exorsus dep̄cat⁹ est eam sibi mentē dari. eam sibi dicēdi fa
cultatem q̄ incōmodum ac salutē anime sue v̄teret̄. Deīde scio inq̄t. R. d. plures
fuisse excellētissimos viros. indigna suis v̄tutib⁹ ꝑpessos. falsis oppressos testib⁹
iniq̄ssimis. iudiciis ꝯdemnatos. Incipiēs aūt a socrate quem iniuste a suis ꝯdē-
natum retulit. nec cū posset euadere voluisse vt duoꝝ q̄ asꝑima hominib⁹ vide-
rent̄. metū demeret carceris. s. ⁊ mortis. Tum platonis captiuitatem. anaxagore
fugam. ac zenonis tormenta. multoꝝ p̄terea gentilium iniq̄s dānatōes Rupilii
exilium Boetii simul ⁊ alioꝝ q̄s ip̄e boeti⁹ refert. indignam mortem ꝯmēorauit
Deinde ad hebreoꝝ exempla trāsiit. Et p̄mū moysen illi̅ liberatorē ppl̄i. legisla-
torem. sepissime a suis calūniatū esse dixit. tanꝙ̄ seductor eēt. aut ꝯtemptor ppl̄i.
Joseph insup a fr̄ibus venditū ob inuidiam. post ob stupri suspitōeꝫ in vincula
ꝯiectum recesuit. Pret̄ hos ysaiam danielem ⁊ ferme ꝓphas omnes tanꝙ̄ ꝯtē-
ptores dei tanꝙ̄ sediciosos iniq̄s circūuentos sentētiis. Hinc etiam susanne iudi
cium. multoꝝ p̄terea q̄ cum viri sanctissimi extitissent. iniustis tñ sentētiis ꝑiere
Postea ad iohēm baptistam. Deinde ad saluatorem n̄r̄m descendēs. falsis testi-
bus. falsis iudicib⁹ ꝯdemnatos inq̄t omnib⁹ ꝯstare. Deinde stephanum a sacer
dotum collegio interfectum. Aplo̅s aūt omnes morti damnatos. nō tanꝙ̄ bonos
ſ; seditiosos ppl̄oꝝ ꝯcitatores. ꝯtemptores deoꝝ. ⁊ maloꝝ opeꝝ effectores. Ini-
quū esse ꝯdemnari iniuste sacerdotem a sacerdote. ⁊ id factū fuisse docuit iniq̄ssi-
me a sacerdotum collegio. Atꝫ id exemplo ꝓbauit. Iniq̄ssimū v̄o a sacerdotum
ꝯcilio id etiam accidisse mōstrauit. Hec diserte. ⁊ magna cum oīm expectatione
disseruit. Atꝫ cū omne pōdus cause in testib⁹ situm eēt. multis rōnib⁹ docuit nul
lam his testib⁹ fidē adhibēdam. p̄sertim cū nō ex veritate ſ; ex odio ac maliuolētia
⁊ inuidia dixissent. Tū odii cā̄s ita explicuit. vt haut ꝓcul fuerit a ꝑsuadēdo. Ita
eni verisimiles. vt excepta fidei cā̄. ꝑua illis testimoniis fides adhibita eēt. Com
mote erant oīm mētes. ⁊ ad misericordiaꝫ flectebant̄. addiderat eni̅ se spōte ad ꝯcili-

um venisse ad se purgādum. vitam suam ⁊ studia exposuerat. officij plena ac vir
tutum. dixerat hunc morem p̄scis doctissimis viris ac sanctissimis fuisse. vt in re
bus fidei inuicem sententijs disceptarent. nō ad pessundandam fidem. s̄ ad ve-
ritatem repiendā. Ita augustinum ⁊ hieronimum dissensisse. nec solum diuer-
sa sensisse s̄ etiam ꝯ̄ria. nulla heresis suspitōe. Expectabant aūt omnes vt vel se
purgaret retractando obiecta. vel erratoꝝ veniā postularet. At ille nec se erras-
se asseuerans. nec se retractare alioꝝ falsa crimina velle oñdens. Tandem descē
dens in laudatōē iohis hussi dudum ad ignem damnati. Viꝝ illū bonum. iustū.
sanctū appellans. ⁊ illa morte indignum. se q̄ꝫ patum q̄duis suppliciū adire forti
animo ac ꝯstanti seq̄ꝫ inimicis cedere. ⁊ testib⁹ illis impudent̄ mentientib⁹. q̄ tn̄
aliqñ coram deo. quem fallere non poterāt esse rōem coꝝ q̄ dixissent reddituri.
Magn⁹ erat circūstantium animi dolor. Cupiebant eñ viꝝ tam egregium sal-
uari. si bona mens affuisset. Ille aūt in s̄nia sua ꝑseuerās. vltro mortem appetere
videbat̄. laudās iohem hussi. ait eñ nihil illum aduersus eccliam dei statum sen-
sisse. s̄ aduersus abusus clericoꝝ aduersus suꝑbiam. fastum ac pompā p̄latoꝝ.
Nā cū eccliaꝝ patrimonia p̄mo deberent̄ pauꝑib⁹ cū hospitib⁹. deinde eccliaꝝ
fabricis indignum illi bono viro videri dispdi illa meretricib⁹ ꝯuiuijs equoꝝ ac
canū sagine. cultui vestimētoꝝ ⁊ alijs reb⁹ indignis religioni xp̄i. Hic aūt maxi
mi ingenij fuit. cum interrumperet̄ sepi⁹ ōro sua varijs rumorib⁹ lacesceret̄ q̄ꝫ a non
nullis ei⁹ s̄nias carpentib⁹ neminem eoꝝ intactū reliq̄t. pariter̄ q̄ꝫ omnes vlciscēs
vel erubescere coegit vel tacere. Surgente murmure silebat. turbam q̄ñq̄ꝫ incre-
pans. postea ōronem ꝓseq̄bat̄. Orans atq̄ꝫ obtestās vt eum loq̄ paterent̄. cū nō
ampli⁹ se eēnt audituri. Nunq̄ꝫ ad hos rumores expauit mēte firma atq̄ꝫ intrepi
da. Illud vo admirabile mēorie argumētum. cccxl. dieb⁹ fuerat in fundo turris
fetide atq̄ꝫ obscure cui⁹ asꝑitatē ipsemet quest⁹ est. asserēs se vt bonū ⁊ fortem vi
rum decet. nō ꝓpterea ingemiscere q̄ indigno ꝑpessus ē. s̄ mirari aduersus se inhu
manitatē. q̄ in loco nedū legendi s̄ ne vidēdi q̄dē hūit facultatē. Mitto anxieta-
tem mentꝭ. q̄ oportuit illum q̄tidie agitari q̄ oēm mēoriā excutere debuisset. Cū
tot doctissimos ac sapientissimos viros in testes suaꝝ opinionū allegauerat tot
doctores eccl̄iasticos in mediū ꝓtulit in s̄niam suam vt satis suꝑq̄ꝫ satis fuisset. si
toto hoc tp̄e summo in ocio summa q̄ete sapientie studijs oꝑam dedisset. Vox
ei⁹ suauis apta resonans erat. Quadam cū dignitate gestus oratorius. vel ad in-
dignatōē exp̄mēdā vel ad ꝯmouēdam ꝯmiseratōē. quā tn̄ nec postulabat nec
ꝯseq̄ cupiebat. Stabat impauidus. intrepidus. mortē nō ꝯtemnens solum s̄ ap
petens vt alteꝝ catonem dixisses. O viꝝ dignū memoria hoīm sempit̄na nō
laudo si q̄d aduersus instituta eccl̄ie sentiebat. doctrinā admiror plurimaꝝ reꝝ
scientiam eloq̄ntiam dicēdi suauitatē ⁊ argutiā r̄ndendi. Sꝫ vereor ne h̄ om-
nia in pestem suam sibi fuerint a natura ꝯcessa. Datum deinde spacium peniten
di biduo. Multi ad illum accessere viri eruditissimi vt ip̄m a sua s̄nia dimoue
rent. Inter quos cardinalis florentinus eum adijt vt illum flecteret ad viam re
ctam. Sꝫ cum ꝑtinati⁹ in erroribus ꝑseuerabat p̄ ꝯcilium heresi damnat⁹ ⁊ igni
ꝯbustus iocunda fronte ⁊ alacri vultu ad exitum suum accessit nō ignem expauit
nō tormenti gen⁹ non mortis. nullus vnq̄ꝫ stoycoꝝ fuit tā ꝯstanti animo. tā for-
ti. mortem ꝑpessus. q̄ꝫ iste appetisse vi. Cū venisset ad locū mortꝭ seip̄m exuit ve-
stimētis. Tū ꝓcumbens flexis genib⁹ venerat⁹ ē palum. ad quē ligat⁹ fuit. Pri-
mū funib⁹ madētib⁹ cū cathena nudus ad palū ꝯstrict⁹ fuit. ligna deinde circūpo
sita pect⁹ ten⁹ nō minuscula. s̄ grossa paleis interiectis. Cū flama adhibita cane-
re cepit ymnum quēdam quem fum⁹ ⁊ ignis vix interrupit. Hoc mō vir (p̄ter fi-
dem) egregi⁹ ꝯsumptus est. Vidi hunc exitum. singulos actus ꝑspexi. siue ꝑfidia
siue ꝑtinacia hoc egerit. certe ex p̄hie schola interitum viri descripsisses. Longā
tibi cantilenam narraui ocij causa. Nihil eñ agens aliquid agere volui ⁊ res ti-
bi narrare paꝝ dissimiles hystorijs p̄scoꝝ. Nā neq̄ꝫ muti⁹ ille tā fidenti aīo pas-

sus est mēbꝝ vni. ꝗ̄ iste vniuersum corpꝰ. Neqꝫ socrates tam spōte venenum bi-
bit. ꝗ̄ iste ignem suscepit. Sꝫ h̄ satis ꝑce ꝟbis meis. si longioꝛ fui. res tn̄ maioꝛē
narratoꝝ poscebat ꝭ nolui nimis ee̅ loquax. Uale mi iocūdissime leon. Constā.
iij. kl'. Junij q̄ die h̄ ieronimꝰ heresis penas luit. Uale meqꝫ dilige.

De crudeli amoris exitu Guisgardi ⁊ Sigismū-
de Tancredi solernitanoꝝ ꝓ̄ncipis filie. **Epi. cccccxxvij.**

Leonardus arētinꝰ bindactio Ricassolano viro p̄stantissimo. S. Cum se
piꝰ mecum egisses vt fabulam illam Boccacij de tancredo ꝓ̄ncipe soler-
nitano. eiusqꝫ filia Sigismūda vulgari ꝭmone scriptam in latinum ꝯuer
terem. recepi me tandem ee̅ factuꝝ. ea maxima suasione inductꝰ ꝗ franciscum pe
trarcham viꝝ clarissimum aliam eiusdem libri fabulam marchionis vicꝫ mōtis
ferrati in latinum ꝟtisse agnoueram. Recepta igit̄ ea re tp̄a q̄daꝫ occupatissima
interuenerūt. ꝑ q̄ differre q̄ ꝓmiseram ꝯtigit. Itaqꝫ nūc tādem eaꝫ fabulam vt vo
luisti. latinum ꝑ me factum ad te mitto. Et ne moꝛa. Hec dilatioqꝫ interposita si-
ne vsuris trāsiret aliam de meo adiūxi fabulam. seleuci ⁊ antbiocu filij ꝯtrio peni
tus exitu euētuqꝫ ꝯclusam eam vulgari ꝭmone scripsi. vt vnam de vulgo sumerē
aliamqꝫ ꝓ eo redderem nō minꝰ amenam. Tu igit̄ eas leges ceterisqꝫ legēdi co
pias facies si in eo digne videbimur. q̄ in manꝰ exeant alioꝝ. Uale.

Tancredus fuit ꝓ̄nceps solernitanꝰ. vir mitis q̄dem ac benigni ingenij. si nō
in senecta manꝰ suas amātium sanguine nō fedasset. Hic toto vite spacio sobo-
lem nō suscepit p̄ter filiam vnicam. lōgeqꝫ meliꝰ secum actum ee̅t sine ipsam q̄z
suscepisset. Filiam ꝟo hāc vt vnica erat sic vnice dilexit eaqꝫ eximia charitate af
fectꝰ. Et si multi puelle eius ꝯiugium affectabāt. tn̄qꝫ egre diuelli a se patiebat̄
vltra legitimos annos illam domi retinuit. Tandem ꝟo filio campani ducis in
m̄rimonio collocata. nō multos post annos marito defuncto. vidua est ad p̄rem
reuersa. Erat h̄ formosissima corꝑe atꝫ pulcerrima vultu plenaqꝫ nature venusta
tis. Ingenio aūt ⁊ intelligētia maioꝛe ꝗ̄ fortasse mulieri ꝯueniret. Moꝛam igr̄
trahens apud patrem. ⁊ vtpote magna mulier. multis delitijs affluens. qn̄q̄dem
animaduertebat. patrem ꝓpt̄ eximiam suā dilectōꝫ de altero sibi tradēdo ꝯiuge
minime cogitātem. ⁊ ꝯ̄ pudorem erat hoc ab eo postulari. Secum ip̄a statuit vt
si fieri posset occulte amātem aliquem generosi animi sibipsi ꝯq̄rere. Erat pat̄-
na domꝰ plena nobilium ignobiliumqꝫ. vt aule magnoꝝ ꝓ̄ncipum esse ꝯsueuert
q̄ꝝ multoꝝ pensatis moribꝰ vitaqꝫ ⁊ forma. demum ad iuuenem q̄ndam nomie
Guisgardum humili natum genere. ꝭ moribꝰ egregium nobilem. sup̄ omnes ali-
os mētem deflexit. eumqꝫ freq̄nter intuens. ⁊ indies magis ac magis illum ꝓ-
bans. ardent̄ amare iuuenem cepit. Ipse q̄ꝫ nequaqꝫ ingenio tardus. dep̄hensa
mulieris mēte. ita illiꝰ amoꝛe incēsus est. vt cūctis alijs p̄habitis curis. de illa sola
noctesqꝫ diesqꝫ cogitaret. Per hūc īmodum. sese mutuo amātibꝰ cum nihil ma-
gis optaret mulier ꝗ̄ in vnum ꝯueniri nec cuiqꝫ alteri mētem suam apꝛire de ea
re vellet talem demum viam excogitauit. Juueni scribit ⁊ q̄d facere illum velit
ꝑ lrās monet. Eas ꝟo lrās vano arūdinis baculo īcludit eāqꝫ arūdinē q̄si iocās
iuueni dat iubēs vt eā ancille sue tradat ꝑ ꝯmodū īstrumētū ignis suscitādi guis
gardus aūt arūdine suscepta cogitās nō ab re sibi traditam fuisse domum abīt
arūdine q̄ꝫ patefacta. lrās repit. q̄bus lectis. ⁊ q̄d illa fieri vellet edoctꝰ. incredi-
bili leticia ꝓfusꝰ est. Confestimqꝫ dare opam cepit. q̄ ad illam quemadmodum
ipsa ostēderet ꝓficisceret̄. Erat iuxta ꝓ̄ncipis edes antiquum antrum. desup̄ fora
men. Etenī iamdiu ip̄o antro nullus vtebat̄ vepres arbustaqꝫ vestierāt. Ex an-
tro aditꝰ erat secretꝰ ad cubiculum. in q̄ tunc tempꝛis mulier degebat. lꝫ magno
roboꝛe postis clausus ⁊ obseratus. Et q̄ꝛ penitus in desuetudinem venerat ne-
mo eius aditus tenebat memoriam. Sꝫ amoꝛ (cuiꝰ oculis nihil absconsum ē)
reduxerat hūc in mentem amātis mulieris. que sagaci ꝯsilio ānixa affixa. ne quē
ꝯscium facti hr̄et ip̄a (licet ꝑ se) longo conatu apiendi ostij inuenerat facultatē.

Inde ipsa sola antrum descendēs ac foramen illud vnde lumen infundebat̃ spe
culabat̃ ꝑ cum locum vt ad se veniret Guisgardus scripserat. Altitudinis etiam
mēsura lr̃is denotata quo ille ꝑato instrumento descendere posset. Guisgardus
igit̃ his omnibꝰ ꝑ mulieris lr̃as cognitis. qua causa exequeret̃. funem nodis ca-
pistriqꝫ impigre prepauerat: ꝑ quem descendere ⁊ ascendere valeret. corioqꝫ in-
dutꝰ. quo a vepribus tutior fieret. nullo penitꝰ comitāte vel ꝯscio nocte insequē
ti ad foramen ꝑuenit. ligatoqꝫ funis altero capite. ad arbustum quoddaꝫ in ore
foraminis natum. ꝑ funem sese dimisit in antroqꝫ vt optabat ꝯsistens mulierem
p̄stolabat̃. mulier ꝟo vbi dies alluxit. neqꝫ p̄us arciscendi facultas aderat finxe
rat se reqͥetis somni indigere. ac eo p̄textu comitibꝰ ancillisqꝫ dimissis. Ipsa intꝰ
sola ostium aperuit reptumqꝫ in antro iuuenem cupientissime in ꝯplexum rece-
pit. Ingressiqꝫ subinde mulieris cubiculum inenarrabiles dictu cepert̃ volupta
tes sumptaqꝫ insecutuꝝ tp̄us. quo amores eoꝝ secretius foret ingeniosa forma.
Guisgardus in antꝝ reuersus est. Mulier autem obserato ostio ad ancillas iaꝫ
suas. comitesqꝫ regredit̃. Facta deinde nocte Guisgardus ꝑ funem ascendēs fo-
ramen ip̄m vnde descenderat egressus. nemine penitꝰ sentiente domum suam re
petijt. Cūqꝫ id iter didicisset freq̄nter eo reuersus cum amante muliere. ipse non
minꝰ amans ꝯgrediebat̃. Sꝫ fortune tam longe voluptatis inuidia tristissimū
tādem euentum duoꝝ amātium in luctum amarissimum acerbissimumqꝫ ꝯuer
tit. Consueuerat em̄ Tancredus sine vllo comite in cubiculum filie descendere.
ibiqꝫ ꝟmone aliq̄ instituto. cum ea aliq̄n morari ac postmodum abire. Ex hac igr̃
ꝯsuetudine. cum forte die q̄dam ꝑ meridiem in cubiculum filie Tancredus de-
scendisset nemine ibi repto. Propterea Sigismunda ( sic em̄ filia vocabat̃ ) vt
ancille in ortis erat nolens eam ex suis delectatōibꝰ auocare cum fenestre cubicu
li clause. ac ꝑistromata lecti dimissa eēnt. iuxta lectuꝫ ip̄m in postrema ꝑte super
puluino q̄dam sedit reclinatoqꝫ ad lectum capite ac ꝑistromate an̄ se tracto so-
porari cepit. Cum ita dormiret Sigismūda ⁊ infausta ꝑ eum diem facto. Guis-
gardum ad se venire fecerat. relictis in orto ancillis. pedetētim in cubiculum se
recepit. Clausoqꝫ cubiculo ( nec viso p̄re ) ostiū antri reserat. Guisgardoqꝫ intro-
misso suꝑ lectum vt ꝯsueti erāt. ludentes plaudētesqꝫ ꝯsistere. His excitatꝰ Tā-
credus. cum vigil factꝰ eēt. sensit ⁊ vidit omnia q̄ fiebant. Summoqꝫ dolore ꝑci
tus p̄mum exclamare voluit. postea meliꝰ illi visum est silentio latere. q̄ cautius
ac magis tecto dedecore suo. vt iam ceꝑat animo suppliciū sumeret. At duo amā
tes securi ꝓtinꝰ. ac nullius insidie gnari cum satis diu voluptatibꝰ ꝑfuncti eēnt.
tādem surgentes. Guisgardus q̄dem in antꝝ Sigismūda obserato postea ostio
ad ancillas reuersa est. Tancredus eadem qua venerat solitudine. cubiculo filie
egressus. incredibili dolore suffusus in suum cubiculum abijt. Missisqꝫ ꝑ noctē
famulis. q̄ foramen illud custodirēt. ꝑ qd̄ Guisgardus exiturꝰ erat corio indutꝰ q̄
ꝯp̄henso p̄ncipi p̄ntatꝰ lacrimans Tancredus. sic eum allocutꝰ est. Benignitas
